IN LIBROS

ARISTOTELIS

DE PARTIBVS ANIMALIVM,

DANIELIS FVRLANI CRETENSIS,

Commentarius primus.

Pofitis ante fingulas declarationes Græcis Philofophi verbis,ijfdemq. Latinè redditis à Theodoro Gaza.

Additus eft Index rerum, & verborum infignium.

CVM PRIVILEGIO.



Venetijs, Apud Ioan.Baptiftam Somafchum, 1574.

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. VINCENTIO IVSTINIANO S. R. E. Cardin. Ampliss.

Daniel Furlanus Cretensis. S. P. D.

ANimaduerti Cardi. Ampliss. si quando nostri temporis hominum industriã in Aristotelis philosophia tractanda considerabam, illud ijs contingere, quod omnibus ferè, qui in alijs artibus, & disciplinis versantur, videmus accidere: vt cùm maiora tenere velint, & excollere, quæ minora sunt, negligere videantur. scilicet dum in illis gloriam, & immortalitatem quærunt: in his neque laudem sperant, si consequan-

tur, neque si deserant reprehensiouem metuunt. quorum ego sanè sententiam laudo, dum quæ difficilia sunt, & à communi populi sensu remota, omni studio nituntur pro se quisque posteris illustrare. sed minora negligere, in quibus quamquam non adeò abstrusa est, & recondita veritas: iucundissima tamen sunt, & vitæ mortalium vtilissima: haud scio an, non dicam, laudem, sed non damnem potius. neque vero si damnem eo nomine damnare videar, quòd hanc humiliorem philosophiæ partem doctissimos homines negem attingere: hoc enim & eruditissimis viris, & omni laude dignissimis esset veluti iniuriã facere: sed quòd ita nõ amplectuntur, vt lucubrationibus suis, & nostræ ætatis homines, & posteritatem ipsam studeant adiuuare. Nam si quæ sunt in philosophia, quæ possent nouorum ingenia facilè præterire, ea fortasse sunt, quæ à græcis ijs philosophis doctissimis commentarijs fuerũt explicata. qui quamquam (vt credibile est) hæc etiam humiliora non indigna iudicarunt, quibus declarandis incumberent: tamen quoniam temporum iniuria doctorum

hominum

hominum vigilias amisimus: illos, qui & ingenio præstant, & multarum, variarumque rerum lectione: succedere huic labori oportebat, & quæ multorum inscitia corrupta sunt, emendare: quæ obscura, & difficilia, aperire, & explanare. atque vt omittam cætera, in quibus si iacturam facimus, tolerare fortasse possumus: Aristotelis libri de Animalibus quales, quantique sint, puto qui ignoret esse neminem. Nam siue rerum varietatem spectes, in quibus non iniucunda lectori paritur delectatio: siue rerum contemplationem, in qua Diuinum illud ingenium reconditas naturæ causas peruestigauit: siue utilitatem, quæ ab his, alijs disciplinis communicatur: profectò nulli sunt, qui his anteferri videãtur. & tamen quàm pauci sint qui hos emendarint, illustrarint, auxerint, neminem latere arbitror. Nam vt eos libros omittam, in quibus Historicum agit Diuinus vir, & rerum, de quibus agit, causas non inquirit, quos quanquam non ita facilè, potest tamen quis vel aliorum scriptorum, qui in eodem argumento versati sunt, lectione, intelligere: libri ij, qui de par

 tibus,

tibus, & qui de Ortu animalium inscribuntur, illi sunt, quos non sine doctorum hominũ auxilio possunt vel eruditi homines intelligere. & tamen in hos præter Auerhoys Arabis paraphrases, & Michaelis Ephesij scholia, nullus extat eruditus interpres. an autem opus eo sit, iudicet per se quisque quod vult. ego certè desidero sæpenumero, qui reconditiora sensa declaret, qui locos conferat, qui dubitationes dissoluat. Nam Auerhoys, qui in obscuriora huius auctoris opera plures edidit commentarios, hanc partem defessus videtur aggredi, quocirca festinat impendiò, & præterit omnia, modo tangat aliquid. Michael autem neque doctrina valebat adeò; & si valebat, leuia tamẽ quædam persequitur, & quæ grammaticorum sunt potius, quàm philosophorum. ita factum est, vt Aristoteles penè in his libris careat interprete. qua propter cùm plura ab eo benè, & doctè scripta sint, quæ vulgus Anatomicorum, & medicorum perperam accipit: vellicatur continuè, & lacessitur non sine eruditorum stomacho. atque ego sæpenumero præceptores meos probos, & do-

ctos

ctos viros audiui de hac hominum insolẽtia conquerentes. quorum meherclè sermonibus ita accensus sum, vt omni meo conatu, ac studio, libros hos volutare, ac legere cæperim, vt si quid possem, in ijs illustrandis collocarem. Cæpi igitur commentarios in libros de partibus delineare, rem sanè meis uiribus imparem: sed vtcunque mihi nõ inutilem; quia quæ apud græcos auctores legi, & quæ à præceptoribus audiui, & memoria recolebam, & ab omni perturbatione vacuus iudicabam. interea dum hæc meditor, visum est in primum horum librorum, qui omnium, & pulcherrimus, & difficillimus est de meo instituto periculum facere. sperabam enim fore, vt si meus in illum placeret commentarius, reliquis etiam summam manum imponerem: si displiceret, à labore, & vigilijs abstinerem. sed illud in primis in hac me sententia confirmabat, quod tibi Cardinalis Amplissime dicare iam pridem cogitabam: cuius nomen ita mihi in hac editione profuturum arbitrabar, vt & libello geniũ pareret, & me ab eo hominum genere tueretur, qui non rem, sed personam intuẽtur,

quiq; dummodo reprehendant omnia & dicunt, & faciunt. emitto igitur commentariolum hunc meum, & Amplitudo tuæ sacro, ac dedico. hic enim & voto me soluet, & summæ meæ erga te obseruãtiæ tenue quidem erit, sed quale potuit à me proficisci testimonium. etenim iam pridem animum meum Ampl. T. deuoui, & quem nunquam de facie, sed solis aliorum sermonibus noueram, ita cœpi colere, & venerari, vt nihil mihi felicius, aut optabilius contingere posse certò scirem, nisi quando ea mihi data foret occasio, in qua quanti te faciam, primùm tibi, deinde, si possem, omnibus testatum facerem. equidem fateor, aliquid est nouisse de facie, quem obserues; sed ego in me expertus sum bonorum omnium sermones ita plerunque hominum animos ad amandum excitare, vt viderint ne, an audierint, parùm intersit. audiui ego in Creta patria mea puer adhuc quæ tua sit probitas: quæ sanctitas: quanta in deliberando prudentia: in agendo sedulitas: in castigãdo seueritas: quãta morũ elegantia: quãta lenitas. & cum diuinas has virtutes mente, animoq; cogitassem,

nihil

nihil vnquam Deo Opt. Max. maiori curæ esse existimaui, quàm vt in eo fores dignitatis fastigio, quod & maximum habetur, & est. Cũ ecce Pius quintus Pontifex verè Maximus, & optimus bonorũ omnium æstimator in isto dignitatis amplißimæ gradu te collocauit, in quo talem te profectò præstas qualem omnes futurũ iam pridem sperabamus. Habes Cardin. Amplißs. meæ erga te obseruãtiæ & originem, & causas: cui si vlla vnquam fieri potuit accessio, illa fuerit necesse est; quòd parentum meorum cum pluribus Gentis Instinianæ fuit olim maxima necessitudo: quòd ego nepotes tuos Angelum, Benedictum, Vincentium, M. Antonium Iustinianos nõ modo cognouerim, sed summa etiam obseruantia prosecutus sim. Nam cum omnium virtutem adamaui, tum vero doctrina Vincentij ob studiorum communitatem perfrui licuit: Cuius ego singulari eruditione, acerrimoq; iudicio ita me in hoc opere adiutum esse fateor vt vel hoc nomine, quale quale sit tibi Cardin. Amplißs. deberi videatur. Solui igitur & hac in re, quod debebam, nõ appellatus fortasse debitor, & ante diem:

sed

ſed in poſterum maturior fiet ſolutio. interim accipies quod Amplit. T. dedico; & quam præceps præuenit editio, tui nominis inſcriptione comparabis auctoritatem. Vale.

Patauij VI Kal. Octob. M.D.LXXIIII.

ALOYSII LOLINI
PATRITII VENETI,
AD DANIELEM FVRLANVM
EPIGRAMMA.

DVm tu hominẽ egressus, parteis, causasq. animantum
Adscriptaq. refers conditione vices:
Ambiguum quem te memoret Furlane relinquis
Naturæ, comitem'ne, an sibi rite ducem.

Eiusdem.

Ἑλλὰς ἐς Αὐσονίην ἐρατεινὴν ἧκε δαήμων
Σῶν διὰ θελξινόων Φυρλάνιε βίβλων:
Παυσαμένη τε πόνων στονοέντων, κἀνδροποδισμοῦ,
Ἦρα θεῷ τίνει δορπὶ ἐλευθερίῳ.

Eiusdem.

Orpheus Caucaseas exculto carmine lynces
Fertur, & immites perdomuisse feras.
Grataq. iam meritæ sumpsisse hinc præmia vocis
Germina rubra maris, sertaq. odora soli.
Haud aliter pecudesq. vagas, pictasq. volucres,
Et quoscunque fouet Thetios vnda greges:
Arte

Arte regens Furlane, tuis subsistere habenis
Egisti, magna cœlicolum inuidia.
Leucethoë amissos quærit nam littere pisces:
Phœbus, equos; ceruas, Delia; Luna, boues:
Depictas Iuno volucres; Cybeleq. Leones
Et Gryphes, Nemesis; Iuppiter ipse aquilã.
Alitem odoratis nequicquam poscit in oris
Aeternam, vasto sole perustus Arabs.
Illa volans nam scripta polo, sæclisq. futuris
Consecrat studijs euigilata tuis.

Ἐμμανουήλου Μαργουνίου τοῦ Κρητὸς εἰς Δανιῆλον τὸν Φουρλάνον.

Ἡ πάρος ἀγλαΐῃσι κεκασμένη ὀλβία Ἑλλάς,
ἐξ ἧς παντοδαπῆς βλάστε γένος σοφίης,
ἥπερ ἀπειρεσίῃσιν ἀεὶ θαλέθουσ᾽ ἀρεταῖσι,
μουσάων τροφίμοις ἦεν ἀειδομένη,
φθισικῶν μηχανίῃσι χρόνου φθονεροῖο γ᾽ ἁλοῦσα
πάντα τὰ δ᾽ ἐξαπίνης κάλλιπ᾽ ἀμειψαμένη.
καὶ νῦν ἀργαλέης ὑπὸ μοίρης σφόδρα δαμεῖσα
βαρβαρικῆς μεθέπει ὄργια ἰδμοσύνης.
ἀλλά γε παιγενέταο νόου θείοιο προνοίῃ
θαῦμα μέγ᾽ ὡς καρπὸν ἐκπροΐησι πάλιν,
καρπὸν νεκταρέοις ἀρδευόμενόν γ᾽ ὑδάτεσσι,
μουσῶν, καὶ σοφίης ἔμπλεον ἠγαθέης.
τοῖος ἄρ᾽ ἀζεκέως Δανιὴλ ἔφυς ὅσπερ ἐλύχθης
πουλὺ κλέος τοκέων, πουλὺ κλέος πατρίδος.
καὶ γὰρ ἅμ᾽ ἐκ μουσῶν ἀπεδρέψαο ἄνθε᾽ ἀγήρω,
κἄμμορες εὐκλεΐης ὑψιβάτου σοφίης.
ψυχὴν δ᾽ ἐκ ῥεθέων ταύτης ὑπὸ σὺ δεδαηκὼς
χωρίζειν, νοερὸν δέρκεαι ἠέλιον.
κείνου τ᾽ αὖ φαέεσσιν ἀεὶ σέθεν ὄμμα καθαίρων,
ἅπτεαι οὐρανίων κοῦφος ἐὼν περάτων.
αἰὲν Ἀριστοτέλους δὲ πολυπλανέεσιν λαβυρίνθοις
ἐμμενέων, θέως τοῦδε νόον φανεροῖς.
τοὔνεκεν ὡς Ἡρακλέως σέο θέσκελα ἔργα γεραίρει
πᾶς τις εὐφρονέων, δῶρα τὰ σῆς ἀρετῆς.

κἀγὼ

κἀγὼ δ' οἰκτροτάτῃ μαχόμενος καίπερ ἀνάγκῃ
Ἑλλάδος ὀρφανίης, τοῖον ἄμ' εἰσορόων
ὀλβίζω σ', ἰδὲ λίσσομαι ἠὰ θεοῦ γενετῆρος
ἐκ μονάδος τοίης προσθέμεναι δεκάδα
ὄφρ' ἀπὸ θ' ἡμετέροιο πόνου στονόεντος ἰδόντες
τέρματ' ἐπὶ προτέρης ὦμεν ἔτ' εὐτυχίης.
ναὶ λίτομ' ἀθανάτοιο θεοῦ γόνε παμμεδέοντος
ἵλαθι, καὶ ἡμετέραις νεῦσον ἐφ' ἱκεσίαις.
νεύματι γὰρ τεῷ πάνθ' ὑπόεικεν, σῆς τ' ἀπὸ χε-
ἀρρήτῳ σοφίῃ πάντα διοικέεται. (ρὸς

AD DANIELEM FVRLANVM
Emmanuelis Piganij Cretensis Epigramma.

Necte comas mea Creta, graueis oblita labores
Militiæ, & circum tempora laurus eat
Nam fandi Furlanus opes, turbataq. bello
Iam studia, insigni dirigit artis ope.
Aspice queis Latio verbis, quantoq. nitore
Pandat quæ magnus scripsit Aristoteles.
Barbaries en victa iacet; tibi mille triumphos
Græcia & ipsa parat, & parat Ausonia.

Hæc qui legis, esto monitus, me, quæ ab Aristotele de Animorum Natura & conditione, de Cœlo, & Cœli motu, de Deo, & diuinis mentibus tradita sunt: si quãdo in hoc meo commentario meminisse oportuit: ita declarasse, vt quid ipse senserit, non quid ego credam, aperuerim. Nam neque ille est Arist. cui omnia credenda sint: neque ille sol noster est, qui à philosophorũ tenebris possit vel minimũ obscurari, omnia piè, catholice, christianè dixisse volui: si quid fortè per imprudentiam secus dictum est: abrogatum, cassum, abolitum, & indictũ esto. Viderunt ij, quibus demandatum est à Senatu Veneto, & permiserunt, vt excuderetur. Vale.

DANIELIS FVRLANI PRÆFATIO.

In qua declaratur propositum Aristotelis in Libris de partibus Animalium Librorum inscriptio, & locus, in quo ponendi sint.

PROPOSITVM Aristotelis in his libris est de partibus Animalium earumque causis agere. hoc enim & operis inscriptio præ se fert, & ipse non semel significat. Sed quæ sit propositi ratio non omnibus inter ipsos conuenit. Nam qui libros Historiarum amouent à serie librorum, in quibus ratione, ac uia redduntur causæ earum rerum, de quibus agitur, partes Animalium ita in his libris declarari opinãtur, vt quæ in quarto Meteorologicorum inchoata sunt eadem ferè uia perficiantur. Nam cum in extremo illo libro post primarum actiones

qualitatũ ſimilaria corpora, quæ ὁμοιομερῆ grę-
cè dicimus declaraſſet Ariſtoteles, vt ex primarũ
proſiliunt qualitatum permiſtione, pollicitus
eſt, ſe particulatim & ſanguinem, & ſemen, &
carnem explanaturum. Tunc enim optimè per-
ſpecta fore, quando eorum materia, & forma co
gnita ſit. Contrà verò alij ita putant Ariſtote-
lem Animalium partes explicare, vt materiæ lo
cum tenent, & quantitate præditæ ſunt. Nam
cum perfecta rerum cognitio à duobus princi-
pijs cognitis proficiſcatur, materia ſcilicet, &
forma, quoniam Animalium partes vt caro, ner
uus, os, materia ſunt, anima verò forma, neceſſe
eſſe in pertractanda animalium natura materiã
docere primum, deinde formam, & rationem.
Nam & illam ortu priorem eſſe, formam enim
materiam ſequi. quamobrem in his libris mate
riam Animalium tractari, in libris autem de Ani
ma formam, & rationem. Cæterum cum ſupe
riorem ſententiam non probem, quòd Hiſtorias
animalium à naturalium librorum diſpoſitione
ſecludit, de qua re loquemur paulo poſt, tamen
laudo, quòd Ariſtotelis hác cenſeo fuiſſe ſentẽ-
tiam, vt partes Animaliũ doceat, non quia ma-
teria animæ ſunt ſed, quia animam habent, & il-
lius interuentu actiones obeunt, quibus naturà
dicatæ ſunt. Nam quãquam altera ſententia ita
vigeat, vt à doctiſsimis quibusq. recepta ſit, con
trà verò illa omni ferè deſtituta defenſione ia-
ceat.

ceat, tamen rem non esse tam arduam existimo, & hanc rationibus,& locis Aristotelis confutare,& illam confirmare,atque veram esse ostendere. Primum enim absurdum est partes Animalium vt materiam considerari. Propterea quòd perinde esset,atque si ligneæ essent,aut Marmoreæ. Nam si illæ ita agnoscuntur, vt Anima carent, atque vt quantitate præditæ, non video, cur & hæ, cum anima careant sub eadem conditione non sint. Nam quanquam illæ re vera animatæ sint, tamen quoniam anima in tractatione amouetur, vt nihil aliud, quàm materia spectetur, & figura, fit, vt nihil intersit ligneam ne,an veram manum doceas. Quod enim altera vera manus est,altera homonymè dicta, Animę refertur acceptum. deinde si ita partes animalium declarantur,vt materiæ locum habent sine formæ cognitione, non ne mutila,& Aristotele erit hæc indigna tractatio? partes enim siue illæ similares, siue etiam dissimilares sint, ita cognoscantur necesse est,vt actiones habent & munia, propter quæ natura eas fabricata est. hęc autem cum ab anima proficiscanuur, quam omninò secludimus à partium declaratione,sequitur, nullá esse partium cognitionem. Nam si dum manum,aut pedem explicamus nihil afferimus actionum, quid quęso nobis erit,quod dicamus, aut in quo ab Empedocle, Democrito, Cęterisq; physicis discrepemus? Mox si ita cen-

sent partes Animalium pertractari, vt & definitione explicentur, & demonstratione aliquomodo ostendantur affectæ? vnde sumetur definitio, si forma deest, aut vbi demonstratio fuerit, si nihil erit, quod primo modo dicatur per sese? Cęterum & Aristoteli repugnant pluribus locis, & illi docendi rationi, quam in his libris, seruatam agnoscimus. In quarto Meteorologicorum libro ad extremum negat partes tam similes, quàm dissimiles verè esse, nisi illud habeant, propter quod sunt. Nam oculum ad aspectum ineptum, nisi homonymè, oculum non esse: cum omne membrum sua actione, & munere definiatur. Nam neque serram ligneam, serram esse, nisi imaginem dicamus potius, neque carnē, si eius defuerit actio. Deinde paulò post explicata similariū corporum materia reliquū esse ait quid vnum quodque sit definire, ac statuere. tunc enim cognitam fore carnem, & os, cur, & quid sit. quando & materia, & forma eius perspecta sit, & illud à quo motus proficiscitur initium. negat igitur Aristoteles primum partes, vt partes animaliū sunt, sine forma, & actione declarari, deinde etiam pollicetur has ita sese tractaturum, vt & formam earum, & efficiendi causam afferat. quod si nulli eius libri sunt. in quibus de partibus agat, nisi hi libri, qui in manibus nobis sunt, sequitur ita de ijs agi, vt materiam habent, & formam, nō autem vt materia

sunt.

ſunt: Verùm in primo horum librorum clariùs loquitur. in quo cum κατὰ παιδείαν rationem, ac viam oſtendat, qua inſtitutæ animalium commentationes tradendæ ſunt, refutat Empedoclis, atque Democriti in rebus docendis inſtitutum, qui materiam tantum agnoſcebant, formã verò, aut negligebant, aut penitus ignorabant. mox ait ita animaliũ membra tractanda eſſe, vt quoniam homo tali forma, ac natura eſt, ideò has, aut illas habere partes: neque enim ſine his poſſe conſiſtere. poſtremò pluribus interiectis addit hæc. Δῆλον τοίνυν ὅτι οὐκ ὀρθῶς λέ-
» γουσι, καὶ ὅτι λεκτέον ὡς τοιοῦτον τὸ ζῶον, καὶ
» περὶ ἐκείνου, καὶ τί, καὶ ποῖόν τι, καὶ τῶν μορίων
» ἕκαστον ὥσπερ καὶ περὶ τοῦ εἴδους τῆς κλίνης, ἤδη
» τοῦτό ἐστι ψυχὴ, ἢ ψυχῆς μέρος, ἢ μὴ ἄνευ ψυ-
» χῆς. ἀπελθούσης γοῦν οὐκέτι ζῶόν ἐστι. οὐδὲ
» τῶν μορίων οὐδὲν τὸ αὐτὸ λείπεται, πλὴν τῷ σχή-
» ματι μόνῳ, καθάπερ τὰ μυθευόμενα λιθοῦσθαι.
» Profectò nihil potuit proferri clarius. ſed & tractationem ſi ſpectarimus, ea ſanè fuerit, vt ſingularum partium, & materiam explicatam, & formam, aut etiã finem allatum inueniamus. quod cum ita manifeſtũ ſit, vt declaratione non egeat, & innumeri loci ſint, quibus hæc tractãdi ratio deprehendatur non eſt quòd referam in præſentia. Sed & initio librorum de Ortu Animalium, qui his libris adnexi ſunt, planè fatetur in partibus Animalium cognoſcendis quatuor eſſe cauſas.

ſas, materiam, formam, finem, & efficientem, formam autem, & finem in idem recidere, de quibus, ac de materia loquutum ſe in libris de partibus, de efficiente verò reliquum eſſe vt dicatur in ijs libris. quæ cum ita ſint perſpicuum eſſe arbitror ita de partibus Animalium agi ab Ariſtotele, vt animatæ ſunt, hoc eſt vt ex materia, & forma conſtant, non autē ut materia ſunt. quod & Alexander ſenſit, qui aut nunquam, aut perquàm raro præceptoris mentem non aſſequitur, in cōmentarijs libri de ſenſu, & reliqui græci interpretes, prout ijs obiter horum librorum meminiſſe contigit. Cæterum cum obijci poſſit, quòd ſi hæc ita eſſent libri de Anima ſuperuacanei iudicarentur, propterea quòd ſi ita partes explicantur, vt animatæ ſunt, animam ſeparatim cognoſcere nō oporteret, adnotare opus eſt, non minimum intereſſe, ſi rem compoſitā, vt ipſius natura patitur explices, & ſi eius alterā partem, hoc eſt formam accuratè cognoſcas. Nam ſi oculum aſpectui dicatum eſſe dicamus, aurem auditui, quanquam aſpectus, & auditus ſenſus ſint, ſenſus autem animæ facultas eſt, nō tamen ideò conſequitur, vt ſi quid oculus ſit cognoſcam, ſtatim & partem animæ, quę ſenſus dicitur, perſpectā habeam. vt enim quid aut hæc, aut illa pars ſit intelligamus ſatis eſt vel mediocris animæ cognitio. Sed ſi eius Natura cognoſcenda eſt, penetraudum intimius eſt, & omittenda

da membra, quorum anima forma eſt illa igitur ratione animam cognoſcimus ex his libris,atq; ijs de Ortu Animalium, ſed ita,vt penè nihil de ea accuratum habeamus. vt hac de cauſa libris ſeorſum editis opus ſit, quibus eius explanetur eſſentia. neque dicendum eſt, quòd ſi ita membra animalium cognoſcimus,vt perfectè animã non cognoſcamus, neque etiam membra omni ex parte callebimus. Nam quod membrorũ natura poſtulat, vt etiam vel abſolutiſsimè quà membra ſint intelligantur, minimum ſatis eſt animæ cognitionis. id quod exemplo oculi allato manifeſtum fit. Verùm quis locum Ariſtotelis obijciet ex primo horum librorum, in quo phyſici officium eſſe ait de Anima dicere, ac ſi non de omni de ea tamen, quà animal eſt, & quid anima ſit,& quid eius pars,& de ijs,quæ ſecundum eius ſubſtantiam accidunt. Nam ſi ſuperius ſtatuit Animal, & eius membra ita debere pertractari vt eorum explanetur forma, qua talia ſunt: Anima autẽ forma eſt,quam ait phyſico opus eſſe cognoſcere,& quid ſit,& quæ eius partes, hoc autem in his libris nullo modo videtur facere,ſed in libris de Anima, ſequitur in libris de Anima,Animalium, ac eorum partium ſpectari formam,non aũt in his libris.ſed obiectio facilè refellitur. quis enim neget in libris de Anima de forma animaliũ agi? ſed non ideò aiebam ſequi, vt in his libris partes inanimæ

pertractentur. non autem animatæ. quod autē initio horum librorum ait, ita intelligendū eſt, vt cum regulam tractationis animalium, quæ in his libris, & libris de generatione animaliū inſtituitur, præſcripſiſſet, doceat etiam, quomodo agendum ſit in alijs libris, in quibus & anima, & qui ab ea corpori communicantur affectus, explicantur. eſt enim primus huius operis liber totus in eruditione poſitus, in quo oſtenditur docende ratio, quæ in omnibus quæ ad animantes pertinent commentarijs neceſſaria iudicatur. atque hæc de philoſophi propoſito, quod & σκοπὸν dicimus, ſatis eſſe arbitror. Nunc inſcriptio videnda eſt. ea eſt græcè περὶ ζώων μορίων Ἀριστοτέλους βιβλία τέσσαρα, id eſt de partibus Animalium Ariſtotelis libri quatuor. Sed non deſunt, qui inſcribunt de partibus animalium, & earum cauſis, fortè quia & in hiſtorijs exponuntur partes, ſed cauſæ non afferuntur. & Iulius Scaliger vir admirabili ingenio de cauſis partium hos libros nominat. Nam & Ariſtoteles libro de Animantium Ortu Quinto εἴρηται πρότερον ἐν ταῖς αἰτίαις ταῖς περὶ τὰ μέρη. dictum ſuperius eſt in cauſis partium. vt hac de cauſa dubitandum fortaſſe ſit, qui ſit horum librorum germanus titulus. Nam quòd Ariſtotelis non ſit inſcriptio poſſet aliquis ſuſpicari, quod & Diogenes refert illū de Animalibus ſcripſiſſe nulla partium mentione habita, & Pli-

nius Quinquaginta libros de Animalibus ſcripſiſſe memoriæ prodidit, nulla hiſtoriæ, partiũ, generationis, animæ, diſtinctione. Sed præſtat veterem inſcriptionem retinere, quam ſine dubio græci omnes auctores agnouerunt. Nam ſi propterea quòd cauſas partium exponit de partibus, & earum cauſis, aut etiam de cauſis partiũ hi libri ſunt inſcribendi, in omnibus eius commentationibus hoc faciamus neceſſe eſt. Nam & de cœlo ita agit, vt eius afferat cauſas. & generationem, ac interitum rerum exponit non ſine cauſarum appoſita redditione. & de Meteoris ita diſſerit, vt cauſas eorum explicet. poſtremò vna tantum excepta animalium hiſtoria nihil librorũ eſt Ariſtotelis, vbi αἰτιολογικῶς hoc eſt, cauſas afferendo rerum naturam non declaret. nec me mouet quòd ille περὶ τῶν περὶ τὰ
μέρη αἰτιῶν appellet. hęc enim eius eſt conſuetudo nunquam ferè germanos ſuorum operum adducere titulos. nam & libros de generatione & interitu aliquando de elementis nominat, aliquando de pati, atque efficere. libros verò de naturali Auſcultatione modo de motu, modo de Natura, modo etiam de principijs appellat. vt ex hoc perſpicuum ſit ex hac Ariſtotelis appellatione inueteratos librorum titulos non eſſe temerè commutandos. quod autem oriri poſſe ſuſpicionem affirmabam ex auctoritate Diogenis, ac Plinij, nihil eſt. nam ſi quid eſt, in quo Diogenis fides,

fides, & diligentia desideretur, illud est Catalogus operum Aristotelis. ex ijs enim quæ melioris notæ sunt nulla recensuit, aut si recensuit præcisè admodum hoc fecit. Plinius autem generalis inscriptionis tantum meminit omnium volumiñu, quæ ad Animalia pertinent, ex quibus alia alias inscriptiones ab auctore sortita sunt. ex cuius verbis nulla debet sumi particulares titulos immutandi audacia.

Et quoniam de Inscriptione dictum est, deinceps qui sit locus, in quo hos libros collocare oporteat videndum est. quod cum difficilè fieri posit, nisi aliquorum librorum, qui ad Animalia pertinent, ponatur dispositio, pro virili tentabo rerum naturam sequutus aliter, atque omnes adhuc, commentarios illos disponere. Scripsit olim Adrastus Peripateticus cum de omnium librorum, tum horum de Animalibus ordine. Cuius si extarent commentarij, frustra sanè laborem hunc susciperem. scripsit etiam patrum memoria Franciscus Caballus vir tùm in alijs disciplinis, tùm in Aristotelis philosophia haud infeliciter versatus. sed is, dum sua quædá in disponendo sequitur initia plerunque ab Aristotelis (nisi fallor) mente alienus est. & profectò lubricum est negocium, & in quo vix posset non labi quisquam. difficultas auté ab Aristotele ipso obiecta est, qui sine discrimine priorum, aut posteriorum librorum ita meminit, vt qui antecedant,

dant, qui ſequantur difficillimum ſit colligere: proferam aliquot locos, vt rei difficultas appareat. libri Hiſtoriarum ſine vlla dubitatione omnes libros de Animalibus antecedunt. quod in præſentia poſitum ſit: nam contra aliquorum ſententiam probabo paulò poſt. Hos ſequuntur cæteri, qui ad Animantes pertinent. de his itaq; omnibus, & de ijs, qui de ſtirpibus ſcripti ſunt dubiũ eſt, vtri poſteriores, prioresve ſint. & ſanè libros de ſtirpibus priores eſſe, ex Quinto de Hiſtoria colligitur. ait enim
„ ὥσπερ εἴρηται ἐν τῇ
„ θεωρίᾳ τῇ περὶ τῶν φυτῶν. quemadmodum
„ in contemplatione de ſtirpibus dictum eſt. & tamen in libris de Generatione Animalium primo, & quinto, & libro de Diuturna, ac breui vita conſcripturũ ſe illos pollicetur. libri de Anima, & qui eos ſequũtur incertum eſt, an libris de generatione Animalium priores ſint. ex Ariſtotele & priores eſſe, & poſteriores ſumi poteſt. Nã ſecũdo de generatione Animalium. ὅτι μὲν inquit
„ τὴν θρεπτικὴν ἔχουσι ψυχὴν, φανερὸν, διότι
„ πρῶτόν ἐστιν ἀναγκαῖον, ταύτην λαβεῖν ἐκ τῶν
„ περὶ ψυχῆς διορισμένων ἐν ἄλλοις, φανερὸν.
„ hoc eſt. quod autem nutrientem animam ha-
„ beant manifeſtum eſt, cur autem neceſſe ſit hãc
„ primum ſumere, liquet ex ijs, quæ alibi de Ani-
„ ma definita ſunt. & tamen in eodem libro καὶ τῆς
„ τροφῆς τὸ μὲν θρεπτικὸν, τὸ δὲ αὐξητικόν. θρεπτι-
„ κὸν μὲν, ὃ τὸ εἶναι παρέχεται τῷ τε ὅλῳ καὶ τοῖς μορίοις.

,, μορίοις. αὐξητικὸν δὲ, τὸ εἰς μέγεθος ποιοῦν τὴν
,, ἐπίδοσιν, περὶ ὧν ὕστερον ἐπισκεπτέον hoc est.
,, Nutritionis altera quidem pars nutriens, altera
,, augens. Nutriens quidem, quæ vt & vniuersum,
,, sit, & partes, confert. augens autem quod in ma
,, gnitudinem tendit. de quibus posterius viden-
,, dũ est. quibus verbis non alios sanè libros, quàm
libros de Anima pollicetur, quos cum sequantur
sex ille coniugationes affectuum, quos libro de
sensu proposuit, de his etiam dubium est, prio-
rem'ne, an posteriorem habeant locum, quàm li
bri de Ortu Animalium. Librum de sensu prio-
rem esse ex quinto illorum librorum colligitur.
,, ait enim ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον ἐν τοῖς περὶ
,, τὰς αἰσθήσεις. quemadmodum superius dictum
,, est in ijs, quæ de sensibus conscripsimus. & simi
,, liter librum de somno & vigilia. εἰρήκαμεν δὲ
,, τὴν αἰτίαν τοῦ καθεύδειν τοιαύτην ἔσχεν ἐν ἑτέ-
,, ροις. diximus autem somni causam, quæ huius-
,, modi est alibi. & tamen librum περὶ μακροβιό-
,, τητος pollicetur in extremo quarto libro, αἴτιον
,, δὲ τοῦ μὴ εἶναι μακρόβιον, ὅτι τῶν ζώων τὸ κεκρᾶ-
,, σθαι παραπλησίως πρὸς τὸν περιέχοντα ἀέρα, καὶ
,, δι' ἄλλα συμπτώματα φυσικὰ, περὶ ὧν ὕστερον ἐ-
,, ροῦμεν. Libros etiam de partibus omnes ante li-
brum de Incessu collocant, & illum, qui de spi-
ratione inscribitur, & tamen in quarto illorum
librorum hos libros adducit. vt profectò dubiũ
sit, an in dispositione horum librorum Aristote-
les

les ipse sequendus sit. Cum igitur tam difficile sit propriam cuiusque operis inuenire sedem, si quis quam alii probabilius dixerit. is mea sententia non minimum faciet operæprecium. equidẽ quid Arabes, aut latini senserint, quid veteres, quid noui interpretes initio disputationis nõ apponam, neque etiam eorum sententias longiori oratione confutabo. Nam satis est certa quædã posuisse principia, quibus, quæ ab iis afferuntur sine negocio refelli possint. Quoniam igitur libros Meteorologicos aut libri de plantis, aut libri de Animalibus sequantur necesse est. quanquam aliter alii sentiunt, mihi tamen videtur maximè consentaneum libros de Animalibus statim libros Meteorologicos sequi, post quos libri de stirpibus sint, primum quòd in extremo quarto Meteorolog. transitio est à meteoris ad animalia. deinde quòd tribus locis, quos superius adduximus commentationẽ de plantis scripturum se pollicetur mox, quòd plantarum cognitio haud aliter haberi potest, nisi Animalium partes, ac natura cognita sit. Nam cum plantæ infimam habeant animæ vim, qua aluntur, & augescunt, obscuras habent affectiones, & partes, & ferè sine nomine, nisi quis ad animalia pportionem seruet. Cuius rei Theophrastus, alter scilicet Aristoteles primo libro de stirpium Historia auctor est. eius verba sunt hæc. ἄλλα δὲ εἴδη ἕτερα τῶν ἐντὸς, ἃ κατ' ἑαυτὰ μὲν ἐστιν ἀνώνυμα.

» νυμα. διὰ δὲ τὴν ὁμοιότητα ἀποικάζεται τοῖς τῶν
» ζώων μορίοις. ἔχουσι γὰρ ὥσπερ ἶνας, ὅ, ἐστι συ-
» νεχὲς, καὶ σχιστὸν, καὶ ἐπίμηκες, ἀπεράβλητον
» δὲ καὶ ἄβλαστον ἔχον φλέβας. αὗται δὲ τὰ μὲν
» ἄλλα εἰσὶν ὅμοιαι, τῇ ἰνὶ, μείζους δὲ καὶ παχύτε-
» ραι, καὶ παραβλαστὰς ἔχουσαι, καὶ ὑγρότητας.
» ἔτι ξύλον καὶ σὰρξ. τὰ μὲν γὰρ ἔχει σάρκα, τὰ
» δὲ ξύλον. ἔστι δὲ τὸ μὲν ξύλον, σχιστὸν, ἡ δὲ σὰρξ
» πάντῃ διαιρεῖται, ὥσπερ γῆ, καὶ ὅσα γῆς. μετα-
» ξὺ δὲ γίνεται, ἰνὸς, καὶ φλεβὸς, φανερὰ δὲ ἡ φύσις
» αὐτῆς, ἐν ἄλλοις τε, καὶ ἐν τοῖς τῶν περικαρπίων
» δέρμασιν. id est. adsunt verò & alia ab iis quæ
» intus sunt diuersa, quæ per sese quidem carent
» nomine, sed propter similitudinem animalium
» partibus comparantur. habent enim quodam
» modo neruum, quod continuum, & fissile, præ-
» longumq. est, sine adnatis autem, & sine germi-
» ne, venas habens. hæ autem in aliis quidem ner
» uo sunt similes, maiores tamē crassioresq. sunt,
» & adnata, humoresq. habentes. adhæc lignum
» & caro. alia enim carnem habent. lignum alia.
» est autem lignum fissile: caro autem vsqueqna-
» que diuidi potest, vt terra, & quæcunque terræ
» sunt. media autem inter venam, & neruum est.
» eius porrò natura patet tùm in cortice fructuū
» tū ī aliis. Hęc Theophrastus. sed & Aristotelis (si
» illius duo illi libri de stirpibus sunt) clarior est
» locus. ait enim in priori volumine. καὶ καθὼς
» ἐσὶ καὶ ἐν τοῖς ζώοις μέρη ὁμοιωμερῆ, οὕτω καὶ ἐν

τοις

» τοῖς φυτοῖς. καὶ ἕκαστα τῶν μορίων τοῦ φυτοῦ συνώθε-
» τα ἐστὶν ὅμοια μέλεσι ζώου. ὁ δὲ φλοιὸς τοῦ φυτοῦ
» ὅμοιός ἐστι φυσικῶς δέρματι ζώου. οἱ δὲ δεσμοὶ πά-
» λιν ὅμοιοι ζώου. ὁμοίως καὶ τὰ λοιπὰ τὰ ἐν αὐτῷ.
» id est,& quemadmodum & in animalibus cogna-
» tæ partes sunt ita etiam in plantis. & singulæ
» partes plantæ compositæ Animalis membris si-
» miles sunt. cortex quidē plantę naturaliter Ani-
» malis cuti similis est. ligamenta deinde Anima-
» lis neruis similia. & in eodem libro cum de iis
» stirpium partibus loquutus esset quæ augentur
» & πρόσθεσιν vt ait ipse capiunt. vt sunt radix,
» vitices,rami,addit, καὶ ταῦτα παρομοιοῦνται μέλε-
» σιν ἀνθρώπων τοῖς περιέχουσι πάντα τὰ ἄλ-
» λα μέρη. hoc est atque hæc conferuntur homi-
num membris qnæ alias continent partes. Nec quidquam obstat, quòd in quinto de historia libros de stirpibus pollicetur. solet enim aliquando diuinus vir tempus scriptionis spectare, non dispositionis rationem. cuius rei argumentum sit, quod in secūdo libro de Cœlo librum de Incessu animalium adducit, non quòd dispositionis ratio ita postulat, vt ille liber prior sit, quàm libri de Cœlo, sed quòd ante libros de Cœlo cōmentariolum illum fortè conscripserat. quæ cū ita sint libri de stirpibus posteriores erunt, quàm libri de Animalibus. sed ex his, qui præcedant, & qui sequātur maximè dubiū est. libros de historia sunt, qui amouent à librorum de Animalibus

dispoſi-

diſpoſitione, eo quòd in iis non afferuntur cauſæ. ſunt etiam, qui in poſtremo loco ſtatuunt. vtrique male meo iudicio. Nam quanquam in Hiſtoriis cauſæ non afferuntur, tamen cum nexum habeant cum iis, in quibus redduntur cauſæ, abſurdum non eſt illos in diſpoſitione collocare. quod & ex Ariſtotele manifeſtum eſt, qui
„ ſępenumero εἴρηται inquit ἐν ταῖς ἱςωρίαις καὶ
„ ἐν ταῖς ἀνατομαῖς. collocare autem extremo loco mihi penitus abſurdum videtur. nam quid opus eſſet poſt cauſas partium, & affectuum explicatas hiſtoriam texere vniuerſorum? an vt eſſe quis non ignoraret? at cùm demonſtrationibus cauſæ afferuntur, nemo certum non habet, quòd ſint. an etiam, vt quæ afferendis cauſis demonſtrantur cognoſcantur melius? atqui hoc modo non poſtremum, ſed primum debent tenere ordinis locum. nam quæ ad aliorum cognitionem enarrantur, prius explicanda neceſſariò ſunt, ſi lucis aliquid ſunt allatura. quid non ne millies in partium, ac membrorum declaratione hiſtorias videndas eſſe ſuadet? non ne Theophraſtus accuratæ ſtirpium cognitioni hiſtoriam, & partitionem earum antepoſuit? mittam cęteros magni nominis auctores, Galenum præſertim, qui nunquam pulſuum, morborum, ſymptomatum docet cauſas, niſi hiſtoricè differentias omnium, & certa genera demonſtret. Certum itaque ſit non eſſe poſtremum locum hiſtoriis tribuendũ.

ſed in

sed in quo loco reponendæ sint quærendum videtur. Nam & Auicennæ sententia non ea est, quam aspernari debeamus, quippe quam & Alexander in commentarijs libri de sensu videtur habuisse. & ea, quæ contra Auicennam à recentioribus scripta sunt nō sine negocio refelli possunt. græci interpretes quid senserint incertum est; sed quātum ex eorum scriptis potest aliquis conijcere Historiarum libros primos omniū librorum de Animalibus vidētur statuisse, vt Simplicius in primum de Naturali Auscultatione, & Ioannes Philoponus in eundem eiusdem operis librum, & in libros de Ortu, & interitu. Nā Alexander, quem Auicennam sequutum esse dicebam varius mihi videtur omninò, quod contra morem grauissimi illius scriptoris est. Nam in commentarijs Primi Meteorologicorum præter quam quòd Historiam animalium primo loco reponendam esse videtur innuere, omnium librorum de Animalibus ea ponit initia, & rationes, quas in commentarijs libri de sensu neutiquam videtur amplexari. sed has rationes perpēdemus paulò post. Nunc an verum sit quod ait in librum de sensu, libros de Anima primos esse omnium tractationum, quæ ad animantes pertinent, quærendum est. Mihi sanè non modo primi non esse videntur ij libri, sed neque tertij, aut quarti. nam si etiam libri de Anima inter eos cō-

mentarios reponuntur,qui de Animalibus ſcripti ſunt, non video cur cæteris ſint anteponēdi. nam & magis naturale eſt meo iudicio hiſtoricè primum,deinde etiam cauſis redditis explicare animatum corpus, deinde animam, quàm contrà. Deinde Ariſtoteles in primo horum librorum nihil aliud ferè dicit, quàm qua ratione, & via, omnia, quæ ad animantes pertinent ſint explicanda. Nam & quomodo partes,tractandę ſint docet,& quomodo phyſico de Anima agendum ſit. ad extremum autem libri affectus & actiones exponendas proponit,vt, Ortum,incrementum, ſomnum & vigiliam, & huiuſce generis. vt manifeſtum ſit libros hos de partibus Animalium primos eſſe omnium librorum, in quibus redditis cauſis animalium ſcientia continetur. & quoniam,quæ ad partes,actiones,& affectus pertinent,melius cognoſcuntur ſi hiſtoricè prius ſint enarrata,idcirco Hiſtorias ab Ariſtotele conditas neceſſariò credendum eſt, vt primo loco in Animalium commentatione apponantur. Si itaque libri de partibus primi ſunt omniū commentariorum de Animalibus, in quibus afferuntur cauſæ: atque hi vel ipſo Alexandro auctore ſequuntur hiſtorias, ſequitur libros hiſtoriarum primos eſſe omnium librorum de Animalibus. poſtremò ſi diſpoſitio ex Ariſtotele quærenda eſt, extremi quique libri videndi ſunt,

in

in ijs enim dubium nō eſt, quin diſpoſitionis ordo proponatur. Videndum igitur eſt, an vnquā in extremo aliquo opere de Animalibus hiſtoriam pollicitus ſit, quemadmodū libros de Anima, in extremo περὶ πορέας. nullibi enim factum hoc eſſe reperitur. quamobrem ſequitur libros illos in primo omnium loco neceſſariò ponendos eſſe. neque valet eorum ratio, qui dicūt animam, vt formam, & principium prius, quàm quę anima conſtant, cognoſcendam eſſe. pręſtat enim (ne dicam neceſſe eſt) cōpoſitas prius partes explicare, & organicas, deinde accuratè animam intueri, ſi rectè illa definita eſt Organici corporis ἐντελέχεια. Cæterum poſſet aliquis obijcere Ariſtotelis verba initio libri de ſenſu, vbi cum de anima diſputatū eſſe dicat, deinceps agere proponit De Animalibus, & ijs quæ vitā habent, quæ quales ve communes, ac propriæ eorum actiones ſint. ex his enim videtur manifeſtò colligi, libros reliquos de Animalibus, & cōmentarios de plantis (hæ enim ſunt, quæ non ζῶα animalia ſed ζωὴν ἔχοντα vitam habētia appellantur) poſt libros de Anima diſponendos eſſe. ſed obiectio facilè refellitur. non enim de Animalibus, & plantis ſimpliciter diſputaturum ſe proponit, ſed de actionibus & affectibus ipſorum, de quibus diſſerit in libro de ſenſu, de Memoria, & recordatione, & in alijs, qui ſequuntur

libros de Anima. hæc cum ita ſint, quoniam libros de Hiſtoria animalium primos eſſe conuicimus, ſequi aũt libros hos de partibus, ratio etiam oſtendenda eſt, qua & horum, & aliorum librorũ diſpoſitio habeatur. nam quam tradidit Alexander infirma eſt, & ipſimet repugnat manifeſtò. quam verò confirmare nixus eſt Franciſcus Caballus, & M. Antonius Ianua, ea etiam falſis nititur principijs (niſi fallor) in primo commentariorum in Meteora pnoit Alexander rationem hanc, animalium actiones alias communes eſſe, alias quorundam animalium proprias. illas explicari in libris de hiſtoria, de partibus, de generatione, de inceſſu, & de Motu Animalium. has in libris de memoria, de ſomno, de diuinatione in ſomnijs. horum enim plurima, quæ dicuntur homini ſoli conuenire. ſi itaque hæc Alexandri ratio ſequenda eſt, communia prius quàm propria ſunt explicanda. ſed quæ communia ſint non eodem modo in librum de ſenſu tradidit, atque in primum Meteororum. nam ibi communia cenſet ea, quę quatuor coniugationibus comprehendit Ariſtoteles, hic autem communia vocat, quæ in libris de hiſtoria, de partibus, de ortu, de inceſſu, ac de motu declarantur. ſed placet eius verba ſubſcribere. *καὶ διελὼν τὸν περὶ τού-*
„ *των λόγον, εἴστε τὰς κοινὰς ἐνεργείας αὐτῆς, καὶ*
„ *εἰς τὰς ἰδίας; περὶ τῆς κοινῶν πρῶτον ἐνεργειῶν,*

ων, ἢ πάντων τῶν ἐμψύχων, ἢ τῶν γε πλείστων ποιήσεται, καὶ μετὰ τοῦτο περὶ τῶν ἰδίων ἐνεργειῶν ἑκάστου εἴδους ἐρεῖ ζώου. πρῶτον περὶ ζώων ἱστορήσας. χρήσιμος γὰρ ἡ περὶ ζώων ἱστορία καὶ διαίρεσις, πρὸς τὰς ἰδίας ἐνεργείας ἑκάστου τε εἴδους ζώων, καὶ τῶν μορίων αὐτῶν, αἱ γὰρ κοιναὶ τῶν ἐμψύχων ἐνέργειαι συνάπτου σίπως τῷ κοινῷ τῷ ἐμψυχῶν λόγῳ. hoc est. & cum disputationem de his diuisisset in communes horũ actiones, & in proprias, de communibus primum actionibus, aut omnium Animatorum, aut quãplurimorum sermonem habebit. deinde de proprijs cuiusque speciei animalium disputabit, primum Historicè enarrãs ea, quæ animalium sunt. Confert enim Animalium historia & partitio ad proprias, cuiusque speciei Animalium actiones, & eorum partes. Communes enim animatorũ actiones aliquomodo communem de Anima disputationem attingunt, & cum ea connectũtur. quæ nam autem hę sint dicet postmodum. ex his manifestũ est eius sententiam esse libros de communibus his actionibus libris de Historia, ac cæteris, priores esse oportere. & esto sanè. sed cur cõtrarium docet in librum primum Meteoron? quasi verò etiam in libris de Ortu, & de partibus, ac de incessu & motu communes non doceat actiones, aut quasi omnes, quæ quatuor componuntur coniugationibus communes sint, nõ autem

tem ex his aliquæ homini ſoli propriæ. nam vt ſentire proprium omnium animalium ſit, tamē in ſomnis diuinare hominis tantum eſſe nemo negarit. ad hæc ſi communia præponenda ſunt, in libris ijs, quos paruos Naturales appellant nō ea ſeruabitur diſpoſitio, quam ſummus auctor vi detur voluiſſe. nam vt librum de ſenſu liber de memoria ſequatur non tamen ſequetur omninò. nam quæ de recordatione dicuntur homini tantum conuenire videntur. Diuinatio autem in ſomnis propria actio eſt, non communis. ita igitur fiet, vt cōfuſa omnia ſine ordine, ſine via, ac ratione relinquantur. quamobrem præſtat aliam diſpoſitionis rationem ſequi, atque illam, quam grauiſsimus hic auctor poſuit. nam quæ ſuæ diſpoſitionis ponit initia Franciſcus Caballus mihi nullo modo probari poſſunt. nā quod putat Animalium materiam, & formā diuerſis libris explicari, initiò huius diſputationis abundè refellimus, quando de propoſito auctoris agebamus. deinde cur generationem, vitam, & mortē ab affectibus amouet? cum tamen Ariſtoteles inter affectiones præcipuè numeret in extremo primo horum librorum. poſtremò cum ſeparat libros de Generatione à libris de partibus ita videtur ambitioſè libros illos diſcindere, vt non leui crimine in philoſophia accuſandus eſſe videatur. ſumenda itaque alia ratio eſt, qua libri de

Ani-

Animalibus commodè disponantur. porrò quæ de Animalibus explicãtur, aut ad animal totum spectant, aut ad Animã? quæ ad Animal totum, aut magis ad corpus, aut magis ad animam spectant. quæ ad animal totum pertinent, sunt, quę in omnibus libris præter libros de Anima exponuntur. nihil enim agit anima, quod & corpori animato non communicetur. sed quæ ad corpus magis accedunt, sunt partes, generatio, incessus. quæ ad Animam, sensus, somnus, & vigilia, memoria, diuinatio, motus & alia. nam vt ineptè dicis animam incedere, ita non malè animã meminisse, recordari, diuinare, mouere. nã & libro de Memoria ait Aristoteles, ὥστε καὶ ὅταν ἐνερ-
” γῇ ἡ κίνησις αὐτοῦ, ἂν μὲν ᾗ καθ' αὑτό ἐστι, ταύ-
” τῃ αἰσθάνεται ἡ ψυχὴ αὐτῦ, οἷον νόημά τι ἢ φάν-
” τασμα φαίνεται ἐπελθεῖν. his ita positis facilè
” erit ordinem inuenire. Nam qui libri de Animato agunt corpore, & de ijs, quæ ad illud magis pertinent, priores statuendi sunt. illi sunt post libros de Historia, hi libri, libri de Generatione, & commentarius de incessu animaliũ. sed horum librorum apparet etiam aliter nexus necessarius. nam cũ in his libris in vniuersum partes omnes animalium exponantur, in libris de generatione illæ tantum partes, quanquam non eæ solùm, quæ ad procreationem pertinent, explicantur. in libro autem de incessu illæ quæ

inceſſui inſeruiunt. proferam vnum Ariſtote-
lis locũ, ex quo res manifeſtò cognoſcitur, quòd
ad nexum horum librorum, & eorum de genera
tione. in ſecundo horum librorum cum de par
tibus, quas ſimilares vocant egerit, in extremo
» capite nono ait ἔτι δὲ περὶ γονῆς καὶ γάλακτος
» ἀπελίπομεν ἐν τῇ περὶ τῶν ὑγρῶν, καὶ ὁμοιομε-
» ρῶν θεωρίᾳ. τοῖς γὰρ περὶ γενέσεως λόγοις ἁρ-
» μόττουσαν ἔχει τὴν σκέψιν, ὃ μὲν αὐτῶν ἀρχή, ὃ
» δὲ τροφὴ τῶν γινομένων ἐστί. id eſt. item de ſe-
» mine, ac de lacte dicere prætermiſimus in humi
» dorum, & ſimilarium contẽplatione. hæc enim
» diſputationibus de generatione coniunctiorem
» habent tractationem. horum enim alterũ prin
» cipium eſt, alterum eorum, quæ genita ſunt ali-
» mentum. primo autem de generatione Ani-
» malium ſic ait, τῶν δὲ ὁμοιομερῶν ἀπελείφθη
» περὶ γονῆς καὶ γάλακτος, περὶ ὧν καιρός ἐστιν
» εἰπεῖν, περὶ μὲν γονῆς ἤδη, περὶ δὲ γάλακτος, ἐν
» τοῖς ἐχομένοις. ſanè ex ſimilaribus de ſemine,
» ac de lacte dicere prætermiſimus, de quibus di-
» cere tempus eſt, de ſemine quidem in præſentia,
de lacte in ijs, quæ ſequuntur. hic nihil poteſt vi
deri clarius. eſt tamen & alia ratio. quæ ad Ani
mãtes pertinent tribus potiſsimum cauſis decla
rantur, fine, materia, efficiente cauſa. ex his fi-
nem, & materiam frequentiſsimè affert in his li
bris, in libris autem de Ortu efficientem, & ma-
teriam

teriam præcipuè. quod ipse initio illorum libro rum manifestò docuit. vt mirum sit, cur errare potuerint eruditi viri. liber aũt de incessu quàm rectè cum his coniungatur ex eius initio planè liquet. nec quisquam obijciat, quòd & in quarto horum librorum explicat Aristoteles membra, quæ ambulationi inseruiunt. nam quanquam ve rum hoc sit, non tamen simpliciter, vt ambulatio ni accommodantur, sed vt partes sunt, explican tur. quod si earum actio ambulatio est, nõ ideo de ambulatione, ac eius instrumentis dedita ope ra actum esse putandum est. adde quòd in libris de partibus partes explanantur, solum per se, in libris autem de Ortu, & incessu explicantur ali- quæ partes nõ per se, sed ob eam, de qua agitur, actionem. his ita positis ad alios libros venien- dum est. post libros illos, in quibus de Anima- libus totis agitur ac de ijs, quæ magis ad corpus pertinent, sequitur anima, de qua extremo libro de incessu agendum esse proponit. ad hanc per- tinent, sensus, somnus, & vigilia, memoria, & cę teræ huiusce generis affectiones. de his igitur sigillatim agit, ut initio libri de sensu ꝓposuit. quorum librorum ordo cum non adeò in cõtro uersiam reuocetur, & à re nostra alienior sit, nõ erit nobis in præsentia declarandus. diluenda ta men dubitatio est, quæ oriri posset de illo com- mentario, qui de Motu Animalium inscribitur.

Nam

Nam si incessus ad anima præditum corpus pertinet, cur non & motus? an & motus si eo modo tractaretur, quo, incessus sine dubio ad corpus magis pertineret? Sed cum de illo ita disputatio sit, ut à quo principio proficiscatur, notũ fiat, quemadmodum in extremo tertio de Anima: principium autem motus anima sit, dubiũ non est, quin hac ratione ad animã magis, quàm ad corpus pertinere videatur. Hæc de proposito Aristotelis, de Operis inscriptione, & de loco, i quo hi libri statuẽdi sint habui dicere. quòd si in explicanda horum librorum sede longior extiti, precabor veniam, quod opus mihi esse visum est dispositionem si non omnium, multorũ tamẽ librorum de Animalibus pro viribus meis exponere. Nũc Aristotelis verba declarabimus.

A

» ΠΕρὶ πᾶσαν θεωρίαν καὶ μέθοδον, ὁμοίως τα-
» πεινοτέραν τε καὶ τιμιωτέραν, δύο φαίνον-
» ται τρόποι τῆς ἕξεως εἶναι. ὧν τὴν μὲν, ἐπιστήμην
» τοῦ πράγματος, καλῶς ἔχει προσαγορεύειν. τὴν
» δ᾽ οἷον παιδείαν τινά.

I.

» *IN omni contemplandi genere, omniq; tum no-*
» *biliori tum ignobiliori docendi uia, & ratione,*
» *duos esse habitus cõstat, quorũ alterum scientiã rei*
» *appellasse, alterũ quasi peritiam quandam bene est.*

HOc exordium simile est illi, quod est in libris de Naturali Auscultatione. nam quemadmodum in eo necessariam causarum, & principiorũ cognitionem demonstrat esse in scientia naturali, quòd in omni scientia, quæ causis nititur, & principijs, causas, principiaq; cognoscere necesse sit: ita in huius operis initio, quoniam in omni arte, atque scientia duplicem cernimus docendi modum, & quæ de Animalibus tractatio instituitur aut ars, aut scientia est (ad physiologiam enim pertinet) duplicem hanc docendi rationem in ea tenere oportere confirmat. est igitur inter horum librorum prohœmium, & librorum de Naturali Auscultatione hæc non incongrua similitudo, quòd in vtroque ratiocinatione *Comm.*

faciendum

faciendum concluditur, quod in vtroque opere instituitur. inrer vtrunque autem interest, quòd aliud in illo, aliud in hoc faciendum concluditur. Sed quæ ad nostrum pertinent hæc sunt. probat in hac de Animalibus tractatione duplicem institutionis esse rationem, alteram, quæ παιδεία dicitur, alteram, quæ vocatur ἐπιστήμη, hanc scientiam dicimus, illam alij peritiam, non desunr, qui etiam experimentum, nos eruditionem appellabimus. probatio autem hac ratiocinatione conficitur. In omni scientia, atque arte duæ sunt habitus rationes, quarum altera rei propositæ scientia est, altera eruditio quædam. Physice, scientia, aut ars est. in physica igitur has habitus rationes esse oportet, quarum alrera sciẽtia altera eruditio est. & quanquam ea philosophiæ pars, quæ in naturæ obscuritate versatur, scientiæ nomine est appellanda, ad hãc tamen, quam instituit probationem nihili interest ars ne an scientia appelletur. Cęterum quæ in propositionibus sunt, videntur vt per sese nota statui. nam quòd physice, scientia, aut ars sit nemo non nouit. quòd autem in omni arte, atque sciẽtia duo docendi modi sint, quibus res proposita explicatur, quanquam non adeò notum sit, rem tamen rectè inspicientibus facilè patet. Cum enim in omni arte, atque scientia quæ via, & ratione progreditur, materiam esse oporteat, de

qua,

qua, quæ ei propria ſunt certis quibuſdam proprijsq. principijs oſtendantur, ratio adſit neceſſe eſt, quæ demonſtratio appellatur. ea enim, quæ ad ſubiectam materiam pertinent proprijs ac ſtatutis probat initijs, à quibus tota rei ſcientia proficiſcitur. & quoniam artes, atque ſcientiæ, aliæ ſubiecta materia, & tractationis ratione differunt, aliæ materia quidem conueniunt, tractatione diſcrepant: eſſe methodum oportet & habitum, quo quæ ſuſceptæ ſcientiæ propria ſunt declarentur, quomodo, quáve ratione, quouſque etiam pertractanda ſint. & cum aliæ, atque aliæ in ſciẽtijs reddantur cauſæ (nã phyſicus omnia cauſarum inſpicit genera, & ab ijs reddit τὸ διότι. Mathematicus autem formam tantum relictis alijs) maximè hoc habitus genere opus eſt, vt quæ ſingularũ ſcientiarum in cauſarum redditione partes ſint eos non lateat, qui in diſciplinis verſantur. id quod non modo in diuerſis ſciẽtijs cognoſcere opus eſt, verùm etiã in earum particulis. multa enim ſcientiæ comprehendunt, quæ multis etiam tractationibus ab auctoribus explicantur. nam cum phyſici contemplatio tùm in corporibus, quæ natura conſtant, quæq. ſenſu præcipiuntur præcipuè ſit, tùm in corporum affectibus, atque principijs, vt hæc omnia varijs tractationibus explicantur, ita in omnibus tenenda eſt via, & ratio, qua ſingula

per-

pertractare oporteat. hæc παιδεία dicitur. hoc est eruditio. quam cùm in omni ſcientia, atque arte neceſſariam eſſe dicat Ariſtoteles, vidēdum eſt, an illam in ſuis tractationibus, quas poſteritati reliquit, aliquando ſeruauerit. hoc autem facilè cognoſcemus, ſi librorum quos ἀκροαματικοὺς veteres appellarunt peripatetici ſumatur partitio. eorum enim alij primam philoſophiā continent. alij ſcientiam naturalem explicant. alij eam philoſophiæ partem complectuntur, quæ in vita, & moribus poſita eſt. De prima philoſophia terdecim extant elegantiſsimè conſcripta volumina, quorum in minori alpha, quæ ad παιδείαν pertinēt accuratè proponit. nam de illa non modo in maiori, aut minori alpha videtur agere, verum in ſex prioribus eius operis libris, donec ad ſubſtantiæ tractationem in ſeptimo libro aggrediatur. verba, quibus proponit

” hęc ſunt. διὸ δεῖ πεπαιδεῦσθαι πῶς ἕκαστα ἀποδε-
” κτέον, ὡς ἄτοπον ἅμα ζητεῖν ἐπιστήμην καὶ τρό-
” πον ἐπιστήμης. ἔστι δὲ οὐδέτερον ῥᾴδιον λαβεῖν.
” τὴν δ' ἀκριβολογίαν τὴν μαθηματικὴν οὐκ ἐν ἅ-
” πασιν ἀπαιτητέον. ἀλλ' ἐν τοῖς μὴ ἔχουσιν ὕ-
” λην. his igitur apertũ eſt in prima philoſophia ea fuiſſe ab Ariſtotele obſeruata, quę eruditionis ſunt. Nunc videamus an in libris de natura idem fecerit. horum alij nobiliores, atque exactiores ſunt. alij ignobiliores, atque (vt ita dicam)

cam) incertiores. Nobiliores voco, qui prima rerum tractant initia, primas affectiones, & prima corpora. ignobiliores, & incertiores, in quibus animalium partes, ortus, affectus, naturaq. declarantur, vt hac de causa & physice bipartita sit, altera, quę nobilior, atque accuratior sit, altera, quę sit ignobilior, & incertior. ad illam libri de Naturali Auscultatione pertinēt. libri de cœlo, libri de ortu, & interitu, & libri Meteorologicorum. ad hanc libri de Animalium historia, libri de partibus animalium, & quicunque animalium aut affectiones, aut Naturam continent (libros de Anima excipio, de quibus aliàs disputabimus) his & libros de stirpibus quales quales illi sint adnectemus. ita fit, vt in bipartita hac naturalium rerum tractatione bipartitū etiam eruditionis munus appareat necesse sit. Nam initio librorum de Naturali Auscultatione, & Causas, & principia pernoscenda esse physico demonstrat Aristoteles, quaq. via, & ratione in explicanda rerum natura progredi oporteat, sumpto initio ab his, quę confusiora & nobis cognitiora sunt. id quod omninò ad eruditionē pertinet. hac autem docendi ratione non modo in declarandis rerum principijs vsus est, verùm etiā in omnibus rebus, quæ in quatuor, quę naturalē auscultationem sequuntur commentarijs explicantur. sequuntur Animalium tractationes, quę

ad

ad ignobiliorem physicem pertinent, quæ suam & ipsæ requirunt institutionis formulam. quæ cùm in libris de Historia nō ponatur, propterea quòd ij libri ἱστορικῶς tantùm naturam, ortus, partes, actiones, & mores animalium continent sine vlla causarum redditione, sequebatur vt in his libris poneretur, qui de animalium partibus inscribuntur, quiq. post libros de Historia primi omnium sunt, qui ad notionem animalium spectant. qua de causa nouo, eoq. copioso prohœmio exorsus est Aristoteles, vt pote nouam tractationem instituens. atque ita sit in libris de natura obseruata eruditionis ratio. neque tamē putandum est propterea quòd dixi initio nobilioris, atque ignobilioris physices propositum esse eruditionis officium, in alijs libris nūquam de illo loquutum esse. Nā neminem ferè ignorare arbitror exactissimè initio librorū de Anima, multa, quæ ad eam pertinent, considerari. preterquàm quòd in libris de cœlo, & in Meteorologicis sunt aliqua, quæ & ipsa ad eruditionē pertinēt. sequitur altera philosophiæ pars, quæ cernitur in actione, quam in libris de Moribus ad Nicomachū, & libris de Republica, & libris de re familiari complexus est. in his si requiritur eruditionis munus, in libris de Moribus statuendum erat. quod cùm pluribus verbis declaretur, non est, quòd ego probare instituam. eius

verba

verba ſunt hæc. ἀγαπητὸν οὖν περὶ τοιούτων
” καὶ ἐκ τοιούτων λέγοντας παχυλῶς, καὶ τύ-
” πῳ τ' ἀληθὲς ἐνδέκνυσθαι, καὶ περὶ τῶν ὡς ἐπὶ
” τὸ πολὺ, καὶ ἐκ τοιούτων λέγοντας τοιαῦτα συμ
” περαίνεσαι· τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ ἀποδαίχε-
” σαι χρεὼν ἕκασον τῶν λεγομένων. πεπαι-
” δευμένου γάρ ἐστιν ἐπὶ τοσοῦτον ἐπιζητεῖν κα-
” θ' ἕκασον γένος ἐφ' ὅσον ἡ τοῦ πράγματος φύ
” σις ἐπιδαίχεται & cętera, quæ ad hanc eãdem
” eruditionem pertinent. & ſanè nihil potuit ab Ariſtotele declarari planius. & tamen miror peripateticos poſteriores aut neglexiſſe, aut nõ animaduertiſſe huiuſce genus artificij vno excepto Auerhoy, qui in ſecundo libro de prima philoſophia innuit quidem hoc, ſed barbari interpretis vitio obſcurè admodum, & incõcinnè. hucuſque digredi, atque euagari oportuit, vt naturam eruditionis, atque eius in omni ſcientia neceſsitatem explicaremus. Nunc
” ad Ariſtotelem veniamus. qui in omni inquit
” contemplatione, & methodo, tùm nobiliori
” tùm ignobiliori duo ſunt habitus modi. contẽ
” plationem accipiens pro omni ſcientia, quæ eſt in contemplatione poſita, neque quidquã extrà ſe aut agit, aut efficit. cuiuſmodi in ſexto metaphyſicorum probauit eſſe phyſicem, primam philoſophiam, & mathematicas diſciplinas. μέθοδον, autem non pro arte tantùm, vt

putat Ephesius, & Leonicus, videtur accipere verùm pro omni, quodcunque illud sit, disciplinæ genere, siue ad artem, siue etiam ad scientiam pertineat. est enim *ἡ μέθοδος* vniuersalior vox, quàm aut ars, aut scientia sit. quamobrem cum scientiam proposuisset, addit etiā methodum, tùm vt artem comprehenderet simul, atque scientiam, tùm etiam vt non omnem artem, aut scientiam se cōplecti ostenderet, sed eam, quæ recta via, & ratione instituitur. & sanè hæc est Aristotelis consuetudo, vt post artem, aut scientiam methodum afferat. nam vt hic *περὶ πᾶσαν θεωρίαν καὶ μέθοδον*, sic in primo ad Nicomachum. *πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος ὁμοίως δὲ καὶ προαίρεσις*. artium autē, & scientiarum aliæ nobiliores, aliæ ignobiliores sunt. sumitur nobilitas aut à re, quam pertractant, & docent, aut à certitudine, quæ in ijs sit. certitudinem vocò *τὴν ἀκρίβειαν*, quæ quot in rebus spectanda sit in primo posteriorum analyticorum ipse docuit. sic physice mathematicis materia nobilior est, cum illa in substantijs, hæ versentur in accidētibus, (præterquàm quòd astrologia in corporibus cognoscendis aliqua ex parte est occupata, quamobrem, & *φυσικοτέρα* dicitur alicubi ab Aristotele) contrà certitudine ignobilior, cum in rebus materiatis versetur, Mathematicæ autem in ijs, quæ

τῆς ἀφαιρέσεως sunt. sed hæc notiora, quàm vt à me dici oporteat & primo de Anima libro, & primo de prima philosophia: neque tamẽ hęc dixisse superuacaneum esse puto, tùm vt verba Aristotelis intelligantur, tùm etiam vt duæ hæ dictiones ταπεινοτέραν, καὶ τιμιωτέραν tùm arti tùm scientiæ acccommodentur. dicere etiam possumus. In omni scientia iuxta nobiliori, atque ignobiliori δύο φαίνονται τρόποι τῆς ἕξεως εἶναι. quæ vertit Theodorus duos esse habitus constat. quam ego versionem ideò non probo, quia duplex mihi videtur ex græcis verbis sententia, colligi, quæ si legantur, vt vertit Theodorus, vna tantum est. verbum igitur è verbo dicemus. duo videntur esse habitus modi. quibus in verbis duplex vt dixi apparet sententia, altera, quam sequuti sunt Theodorus, Ephesius, Leonicus, in omni scilicet arte, atque scientia duos esse habitus modos. altera, quam ego veriorem censeo. in omni scientia & methodo duos esse habitus modos hoc est duos scientiæ, atque artis esse docendi modos. vt dictio τῆς ἕξεως sit superioris dicti quasi repetitio τῆς θεωρίας inquam καὶ τῆς μεθόδου. iam enim & artem & scientiã habitus esse ex sexto de moribus ad Nicomachum perspectum est. duplex itaque cùm possit horum verborum esse declaratio mihi sanè

neutra displicet, sed secunda magis arridet. nã
aliud habitus est, aliud habitus modus & ratio,
vt in extremo secundo metaphysicorum dicit
Aristoteles. & quanquam absurdum esse vide
tur scientiam appellare habitus modum, cùm
& illa habitus sit, tamen rem optimè inspi-
cienti nihil impedimento est, quin quam vis
habitus sciẽtia sit, fortasse etiam eruditio, sciẽ
tiæ tamen, aut arti inseruiant, & modi docen-
di appellentur. nec ignoro temerè dici videri
scientiam esse scientiæ modum. sed scientiam
dupliciter accipe, alteram, quæ in certa mate-
ria est, & propria, quibus probat, habet princi-
pia, qualis naturalis scientia est. alterã, quæ est
ex demonstratione conflata conclusio. sed res
apertius declaretur. scientiam definit Aristo-
teles tùm in primo posteriorum Analyticorũ
tùm in sexto libro de moribus ad Nicomachũ
esse habitum ἀποδεικτικὸν hoc est demon-
stratiuum. verùm quanquam scientia naturalis
habitus sit ex demõstrationibus comparatus,
non tamen illi conclusioni similis est, quæ in
certa re probanda à principijs demonstratio-
nis educitur, quãquam hæc etiam scientia est.
verùm hæc scientia superioris est constituẽdæ
modus, & ratio. sic igitur bono periculo dici
mus. Omnem scientiam, atque artem, duas ha
bere docendi rationes. vnam, quæ demonstra-
tione

tione fit, imo demonstrationem ipsam, alterã, quæ eruditio dicitur.

B

ΠΕπαιδευμένου γάρ ἐστι κατὰ τρόπον, τὸ δύνασθαι κρίνειν εὐστόχως, τί καλῶς, ἢ μὴ καλῶς ἀποδίδωσιν ὁ λέγων. τοιοῦτον γὰρ δή τινα καὶ τὸν ὅλως πεπαιδευμένον οἰόμεθ' εἶναι καὶ πεπαιδεῦσθαι, τὸ δύνασθαι ποιεῖν τὸ εἰρημένον. πλὴν τοῦτον μὲν, περὶ πάντων ὡς εἰπεῖν τινὰ κριτικὸν νομήζομεν ἕνα τὸν ἀριθμὸν ὄντα. τὸν δὲ περί τινος φύσεως ἀφωρισμένης. εἴη γὰρ ἄν τις ἕτερος, τὸν αὐτὸν τρόπον διακείμενος τῷ εἰρημένῳ, περὶ ἓν* μόριον. *μέρος.

II.

HOminis enim probè periti officium est iudicare perspicienter posse quidnam rectè, aut non rectè ab eo, qui docet exponitur: quippe cum & hominem omninò peritum talem esse existimemus, & peritiam ipsam non nisi facultatem huius officij esse, statuamus. sed hunc omnibus ferè in rebus valere iudicio arbitramur numero vnum: illum verò certæ naturæ alicui delegamus. fieri enim potest, ut rem unam ita, quispiam, ut alius omnes possit iudicare.

EXplicat quid eruditio sit eruditi hominis naturam declarans. propriũ enim eruditi esse optimè iudicare de re, qua de aliquem audiat disse- *comm.*

rentem, quid benè quid nõ benè dicat. quoniã autem duo ſunt eruditorum genera, alteri, qui de certa quadam ſcientia iudicare poſſunt, alteri, qui de omni ſimpliciter: idcirco vtriſquē illud ait optimè conuenire, vt de re, quam audiũt iudicium optimè ferant. Cùm illud tamen diſcrimen ſit, quod alter eruditus dicitur ἁπλῶς ideſt ſimpliciter, alter certæ alicuius ſcientiæ, vt Aſtronomiæ. qui autem ſimpliciter eruditus eſt, vnum illum numero iudicare de omni re inquit optimè poſſe, dicimus. Cùm ille, qui non ſimpliciter eruditus eſt, non de omni re, ſed de certa quadam natura iudicet. nec abſurdum eſt hunc, qui in definita materia eruditum ſe præſtat, eruditum appellare. nam eodẽ modo, & hic in ſua materia verſatur, quo is, qui de omni re probè poteſt iudicium ferre. nam qui de omni doctrinarum genere nouit optimè iudicare, vt nihil ſit in Mathematicis, nihil ĩ phyſicis, nihil in altiori philoſophia, quod eius iudicium lateat, calleat omnia, quæ poetarũ, rhetorumq́. ſunt: is profectò omni ex parte, abſoluteq́. eruditus eſt. at qui cum orator non ſit, nouit tamen locos omnes, à quibus perſuaſio fit, cauſarum genera, perturbationum naturã, Enthymematum ſyluam, & elocutionis artificium, is quãdo iudicat de illo, qui cauſam agit, eruditus quidem eſt ſed non ἁπλῶς. eſt enim

hæc

hæc eius eruditio certis oratoriæ artis cauſa finibus, vt in ea eruditum tantum poſſit agere, non in alijs. habemus igitur hoc ab Ariſtotele eruditionem eſſe facultatem iudicandi in ſciẽtijs, de rebus, quæ in ijs ſunt benè ne, an malè tractentur, & eruditum, qui hac fuerit facultate præditus: ex quo illud etiam videtur elici, hanc iudicationis vim, modum eſſe, & rationẽ, qua ſcientiæ pertractantur, quod ipſe in extremo ſecundo Metaphyſicorum teſtatum reli-
,, quit. διὸ δεῖ πεπαιδεῦσθαι πῶς ἕκαστα ἀποδε-
,, κτέον, ὡς ἄτοπον ἅμα ζητεῖν ἐπιστήμην καὶ τρό-
,, πον ἐπιστήμης quibus in verbis duo ſunt adnotanda, alterum eruditionem eſſe ſcientiæ pertractandæ rationem, alterum Ariſtotelem eadem dictione vti in declaranda eruditione, qua & in primo libro Ethicorũ, & hoc in loco paulo poſt. hæc autem eſt ἡ ἀποδέχεσθαι de qua paulo infrà dicemus aliqua. Nunc duo ſunt cõſideranda, alterũ, an rectè dicat Leonicus eruditionem eſſe vniuerſalem, cõfuſamq. rei cognitionẽ, & ex remotiorib. materialibusq. emanãtem cauſis. alterũ, an quæ ſimplex eruditio eſt, eadem, atque ſapientia ſit. ac primum ſanè Leonico viro erudito non aſſentior, tùm quòd aliã ipſe eruditionis rationem afferat, atque ſummus Auctor, tùm quòd ſi eruditio eſt confuſa quędã cognitio, & ex materialibus, remotisq.

dessumpta causis, qui ea prędítus est, nullũ poterit ferre iudicium de re, quę tractanda instituitur. nam qui à remotis nouit causis, si quem audiat formales, proximas, immediatasq́. afferentem, cùm ille neutiquam eas nouerit iudicare nequit, benè ne dicat nec ne. nam vt ait „ Aristoteles primo libro de Moribus. Vnusquisque benè iudicat ea, quæ nouit, & eorũ bonus est iudex. iudicare igitur de ijs, quę nõ nouerit non video qui posit quisquam. quamobrem necesse est eruditum ea nosse oportere, de quibus iudicat. quòd si quis objciat, nihil hoc modo inter hunc, & scientem interesse, huic responsum velimus scientem esse, eum, qui nouit ex proprijs, ac primis, medioque carentibus principijs omnia, quæ in aliqua scientia sunt. eruditum, qui certa quędam capita, & modum habet, & rationem docendi, quod nouit: & tamen non quia nouit, sed quia iudicat, ac præcipit eruditum esse. nouit autem non omnia, sed principia, & Theoremata quędam, quæ cum habeat facilè iudicat de ijs, quę in scientia sunt. Cùm enim vniuesalia teneat optimo adhibito iudicio, quæ ab ijs proficiscuntur & sapit, & iudicat. hinc illud etiam manifestum est eruditionem sine scientia esse posse, scientiam sine eruditione minimè posse. potest enim aliquis geometrica callere principia, materiam scien-

tiæ,

tiæ,& vniuersa quędam Theoremata, neque tamen Geometer esse, eò quòd demonstrationibus non attigerit omnia, quæ Geometrarum sunt: constat autem demonstrationibus scientia. at esse Geometer non potest, nisi sua nouerit principia, materiam, affectiones, de quibus etiam optimè iudicet, si quem audiat disserentem:& nisi in ijs explicandis rationem habeat, qua scientiæ conuenienter omnia pertractet, & doceat. Nunc an quæ absolutè eruditio dicitur sapientia dici possit, videndum est.& sanè sapientiã, quid sit, explicauit Aristoteles copiosè tùm primo libro Metaphysicorum tùm etiã sexto de Moribus. hanc & scientiarum apicem vocat,& scientiam,& mentem. & sex affert cõditiones, quas omnes homines sapienti solent tribuere. quæ omnia eruditioni meo iudicio non conueniunt, quæ neque mens est, neque scientia, neque scientiarum Coryphęa, sed mòdus & ratio, qua scientiæ explicantur. sed illud hoc loco animaduertere necesse est, eam, quæ inter sapientiam,& particulares scientias differentia est, esse, inter eruditionem, quæ in tractãda sapientia cernitur,& eam, quam aliæ particulares habent scientiæ. sapientia vniuersaliũ est, difficilium, & à communi hominum sensu abditarũ rerum, exquisita, certa, causas docens, se ipsa contenta, neque aliud extra se expetẽs,

alijs,

alijs præcipiens, & moderans. habet igitur & eruditionem, quæ præſtantiæ ſuæ conuenit, à qua ita particularis quæque recedit eruditio, quemadmodũ ea, in qua eſt ſcientia, à prima, & pręſtantiſsima ſcientiarum ſapiẽtia. eſt alia etiam proportio ſapientiæ, & eruditionis. nã quemadmodum omnis ars, atque ſcientia poteſt aliqua ex parte ſapientia appellari, ita quæ in ea eruditio eſt aliqua ex parte eſt eruditio. contrà vt prima philoſophia ſapientia dicitur abſolutè, ita eruditio, quæ in ea eſt, abſolutè eruditio nuncupatur. hactenus & eruditionis naturam explicauimus, & an ſimplex eruditio eadem, atque ſapientia ſit declarauimus. qua in re doctiſsimus Leonicus maximè videtur hallucinatus, qui cum eruditionem à remotis, & materialibus cauſis conſtare dicat, audet tamen dicere, ſimplicem, & abſolutam eruditionẽ eandem, atque ſapientiam eſſe. Cùm hæc non remotas, ſed primas, eaſq; ꝓximas inſpiciat cauſas: non materiales tantũ, ſed formales, & quæ exquiſitiſsimè rem explicant.

Γ

" Ὥστε δῆλον, ὅτι καὶ τῆς περὶ φύσεως ἱστο-
" ρίας, δεῖ τινὰς ὑπάρχειν ὅρους τοιούτους
" πρὸς * ὃν ἀναφέρων, ἀποδέξεται τὸν τρόπον τῶν
" δεικνυμένων, χωρὶς τοῦ, πῶς ἔχει τ' ἀληθές. εἴ-
" τε οὕτως, εἴτε ἄλλως.

* οὓς ἀ-φορῶν.

Quam-

III.

" *QVamobrem Naturalis quoque historiæ,*
" *siue cōtemplationis limites huiusmodi ali*
" *qui poni debent, ad quos iudex modū ex-*
" *plicandi referre possit, & approbare semoto ueri-*
" *tatis exanime. quo modo res, ita ne, an aliter se*
" *habeant.*

Conclusio est superiorum. quod & dictio ὥστε facilè ostendit. Cum enim in omni arte, atque scientia duas explicandi rationes esse posuisset, concludit in naturali quoque scientia has inesse oportere: silentio prætermissa assumptione, quam nos initio declarationum posuimus. illa autem est. scienrtia de Natura est cōtemplatio, aut ars. ex qua, quæ est in contextu conclusio facilè sequitur. ait enim manifestū esse, in naturali quoque scientia limites huiusmodi aliquos statui debere, quasi ex positis sine cōtrouersia hoc etiā in physica planè sequatur. historiam autem naturalem appellat scientiam, quę de Natura est, quemadmodum & in tertio libro de cœlo eodem nomine appellauit. & scientiam de Anima in primo libro de Anima historiam dixit. dicitur autem ἱςογία non impropriè si spectemus etymon ἀπὸ τοῦ ἀδέναι quod scire est, quemadmodum ἐπιςή- Comm.

μη

μη ἀπὸ τοῦ ἐπίστασαι, hoc eſt à ſcire ſcientia. neque tamen hoc in loco hiſtoria ea ſignificatione ſumitur, qua in libris ijs, quos de Animalium hiſtoria inſcriptos legimus. in ijs enim explicatio animalium eſt, quòd ſunt, ſine vlla cauſarum redditione, quaſi narratio quędam rudis. in hac itaque hiſtoria de Natura limites quoſdam ſtatui debere ait, ad quos iudex referat modum explicandi ſemoto veritatis examine. Cùm enim quæ naturæ dicitur hiſtoria cōtemplatio ſit, in ea etiā eruditionis munus eſſe oportet. illud autem eſt habere principia, quæ ὅρους vocat Ariſtoteles, hoc eſt terminos quoſdam, ac limites, ad quos qui eſt eruditione præditus modum, quo res explicantur referat, quò poſſit facilè iudicare, & approbare, aut etiā refellere quod dicitur. nam cum in philoſophia naturali à rebus, quæ ſub ſenſum cadunt, & manifeſtiores ſunt ſumatur initium, ſi contrà fiat, eruditus cùm hoc ad ſua referat principia, ac limites erratum eſſe deprehendit. contrà verò approbat, ſi ille ſit explicandi modus, quem à Diuino viro videmus accuratè ſeruatum. hoc eſt igitur eruditi munus, nā ſi vera ne ſint, quæ dicuntur, iudicare velit, in alienam intrat ſegetem. hoc enim non eruditi, ſed ſcientis proprium eſt. quippe cum veritatis iudicatio ad modum explicandi neutiquam pertineat. habemus

bemus hactenus cōclusionem ratiocinationis superioribus in verbis positæ, quæ cum ex duobus locis maximè illustretur, altero, qui est in primo libro Ethicorum. altero, qui in minori alpha metaphysicorum, vterque videndus est, & summo studio conferendus. mihi enim in præsentia nihil aliud est adnotandū quàm verbum ἀποδέχεσαι, quod in omnibus his locis ab Aristotele videmus positum. significat autem approbare, admittere, assentiri. Cum enim eruditi sit ex ijs, quæ tenet principijs modum, quo res aliqua explicatur, inspicere, si bonus ē, suisq. principijs consentaneus, ἀποδέχεσαι dicitur hoc est admittere, & approbare, quemadmodum & ab Aristotele paulò inferius factum est. Cùm enim varios referat modos, quibus quæ instituitur tractatio tradi possit: refellit aliquos, qui principijs eruditionis aduersantur. ἀποδέχεται autem alios, qui ei cōuenientes sunt. sed oritur hoc loco dubitatio. nam si eruditio est, quæ modum docendi ad suos terminos relatum iudicat, cur scientiæ tradendæ modus dicitur? an hoc etiam iudicare de modo, quo doctrina traditur, modus declarationis est? nam aliqua spernere, probare etiam nonnulla nihil aliud est quàm modus tractandis disciplinis accommodatus.

λέγω

Δ

ΛΈγω δ' οἷον πότερον δεῖ, λαμβάνοντας μίαν ἑκάστην οὐσίαν, περὶ ταύτης διορίζειν καθ' αὑτήν. οἷον περὶ ἀνθρώπου φύσεως, ἢ λέοντος, ἢ βοός, ἢ καί τινος ἄλλου τοιούτου, καθ' ἕκαστον προχειριζομένους. ἢ τὰ κοινῇ συμβεβηκότα πᾶσι κατά τι κοινὸν ὑποθεμένους. πολλὰ γὰρ ὑπάρχει ταυτὰ γένεσιν. ἑτέροις οὖσιν ἀλλήλων. οἷον ὕπνος, ἀναπνοή, αὔξησις, φθίσις θάνατος. καὶ πρὸς τούτοις, ὅσα τοιαῦτα τῶν λειπομένων παθῶν τε καὶ διαθέσεων. ἄδηλον γὰρ καὶ ἀδιόριστόν ἐστι λέγειν νῦν περὶ τούτων.

IIII.

VErbi gratia utrum ſubſtantias ſingulatim diſcutiendas capiſſe præſtet, hoc eſt naturam hominis, aut leonis, aut bouis, aut alius cuiuſquam generatim exponere aptius ſit: an rebus ſubiectis, quæ communiter omnibus accidunt, communi uſu quodam potius agendum. ſunt enim complura, quæ eadem in multis generibus diuerſis inter ſe ſint, ut ſomnus, ſpiratio, auctio, diminutio mors. adhæc, reliqui id genus affectus, & diſpoſitiones. nihil enim adhuc certi, explanatiq. habetur, quod de his dicere poſſimus.

Comm.

CVm in Naturali ſciētia eruditio neceſſaria ſit, quemadmodum paulò ante cōcluſum eſt, quæ limites præſcribat, & initia, quibus iudicet eruditus

eruditus quæ in ea explananda afferuntur, vt acceptet, quę consentanea sunt, quæ autem parùm conueniunt explodat & eijciat: & hæc, quæ ad Animalia pertinet institutio altera sit physices pars: quoniam in altera, quam alijs libris tradidit Aristoteles, eruditionis præceptiones optimè seruauit: in hac etiam seruare statuit. quamobrem antequàm partes, partium've causas, declaret Animalium, antequàm somnum, & vigiliam, incessum, & huiusmodi alia pertractet, quęrit (hoc autem eruditionis est) qua ratione sumenda sit hæc tractatio. duplex enim sese offert ratio, altera, qua singula animātium genera declarentur, & quæ ijs propriè accidunt. altera, qua in vniuersum cōmune multorum Animalium genus sumitur, de quo demonstrentur, quæ omnibus, quæ sub eo genere sunt aquè conueniunt. est itaque in verbis Aristotelis dubitās quędam partitio, cuius vna pars est. an singulas substantias præstet discutere, & quę ijs accidunt demonstrare. vt quoniā innumeræ sunt animalium species, quæ in sex genera reducūtur, viuipara, quæ grecè dicimus ζωοτόκα, Ouipara, quæ nos ᾠοτόκα, Insecta, mollia, quæ nos μαλάκια, crustata, & testacea, quorum illa ὀστρακόδερμα, hæc μαλακόστρακα appellamus: an ex singulis generibus singulas quasque species præstet discutere, vt exempli

causa,

causa, si ex viuiparis primùm naturam homi-
nis declaremus, deinde bouis, mox leonis, dein
de ouis. & de homine spirationem, accretio-
nem, somnum, & vigiliam, vitam, & mortē de-
monstremus. deinde etiam de leone, mox de
cęteris singilatim, vt quæ ī hominis natura ex-
plicanda diximus, eadem fere & in leone incul
cemus, & in boue. altera autem pars est, in qua
quęritur, an potius cōueniat commune genus
statuere, vt exempli causa Animal, aut potius
viuiparum Animal, de quo cum plura dicātur,
ea de illo demonstrare, & ostendere. multa e-
„ nim esse ait, quæ eadem multis, ijsq. differenti
„ bus animantium generibus insunt. aut gene-
„ ra appellans species, quemadmodum plerun-
que consueuit, aut etiam propriè sumens gene
ra. quæ cum sex esse diximus, multa sunt acci-
dentia, quæ communiter omnibus, aut aliqui-
bus generibus conuenire videntur eadem. vt
somnus est, qui omnibus, quæ sensum habent
animantibus conuenit. spiratio, quæ viuipa-
ris, & ouiparis terrestribus eodem ferè modo
tribuitur. Auctio, & diminutio, quæ eadē om-
nibus est. mors & interitus, quem omnia eadē
ratione subeunt. & alia inquit huiusce modi.
vt incessus, motus, memoria, recordatio, iuuen
tus, senectus, vita, & alia, quæ in libellis, quos
parua vocant naturalia explicauit. hæc autem
vocat

vocat affectus, & dispositiones, quippe ita re vera sunt. nam Anima de qua tribus libris egit elegantissimè forma est, & essentia Animalium. neque mirum ait, si quærit, quo pacto de his dicendum est. nihil enim adhuc esse certi, & explanati. nam cum à nemine veterũ philosophorum de his aliquid dictum sit, duplex sit difficultas necesse est, altera in eorum natura declaranda. altera, in ratione, & via, qua singula tractanda sunt. sed de ea tantum difficultate, quæ est in ratione tractandi loquitur in contextu. hæc est questionis partitio, in qua queritur, quæ sit in hic libris sumenda via, & ratio, cuius declarauimus sententiam. sed quæ
„ in verbis sunt, quando ait. hoc est naturam ho
„ minis, aut leonis, aut bouis, aut alius cuiusquã
„ generatim exponere aptius sit. ita sunt accipienda, vt non modo intelligamus exponere naturam hominis, & ceterorum Animantium, hoc est essentiam explicare, quid hoc, quid've illud sit, verum etiam affectus, & quæ ijs propriè tribuuntur ostendere. quod cum in græcis verbis sine ambiguitate possit intelligi ea
„ verbum è verbo sic vertito. Dico autem, vt
„ vtrum oporteat sumentes vnam aliquam sub-
„ stantiam de illa secundum ipsam determina-
„ re, vt de hominis natura, aut leonis, aut bouis,
„ aut alicuius alius similis singula quæque sumẽ

tes: ex his quod dixi manifestum est, cum alioquin in Theodori versione sit perobscurũ. quę verò sequuntur ita latinè legenda sunt, ne nos
» fallat circunscripta translatio. aut quæ cõmu-
» niter omnibus accidunt secundum aliquid cõ-
» mune supponentes. quorum verborum sensus est hic. an conueniat ita progredi vt cõmunia quędam omnium accidentia de communi genere demonstremus. sed potest oriri dubitatio, cum in accidentium de re subiecta ostensione vsus sit Aristoteles verbo ὑποτίθεσαι: cũ alioquin hoc significet ponere sine probatione, quasi ex differentium consensu. an ita vsus est hoc verbo, quòd illud dupliciter sumitur à philosophis? nam & illã, quam dixi significationem habet, & aliam, quæ est, ostendere & declarare.

E

» ΦΑνερὸν δὲ ὅτι καὶ κατὰ μέρος μὲν λέγον-
» τες, περὶ πολλῶν ἐροῦμεν πολλάκις ταυ-
» τά. καὶ γὰρ, ἵπποις, καὶ κυσὶ, καὶ ἀνθρώποις
» ὑπάρχει τῶν εἰρημένων ἕκαστον. ὥστε ἐὰν κα-
» θέκαστον τῶν συμβεβηκότων λέγῃ τις, πολλά-
» κις ἀναγκασθήσεται περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν. ὅσα
» ταυτὰ μὲν ὑπάρχει τοῖς εἴδει διαφέρουσι τῶν ζώ-
» ων. αὐτὰ δὲ, μηδεμίαν ἔχει διαφορὰν. ἕτερα δ'
» ἴσως ἐστὶν, οἷς συμβαίνει τὴν μὲν κατηγορίαν ἔ-
» χειν τὴν αὐτὴν, διαφέρειν δὲ τῇ κατ' εἶδος διαφο-

ρᾷ

„ ξα. οἷον ἡ τῶν ζώων πορεία, οὐ γὰρ φαίνεται μία
„ τῷ εἴδει. διαφέρει γὰρ πτῆσις, καὶ νεῦσις, καὶ βάδι-
„ σις, καὶ ἕρψις. διὸ δεῖ μὴ λεληθέναι πῶς ἐπι-
„ σκεπτέον. λέγω δὲ πότερον κοινῇ κατὰ γένος
„ πρῶτον. εἶτα ὕστερον, περὶ τῶν ἰδίων θεωρη-
„ τέον, ἢ καθέκαστον εὐθύς. νῦν γὰρ οὐ διώρισται
„ περὶ αὐτοῦ.

V.

„ *SEd cũ singulatim, agimus eadẽ sæpe de multis*
„ *referre necesse est. nã & in equis & in cani-*
„ *bus, & in hominibus, ea, quæ modo dixi omnia in-*
„ *sunt. quapropter qui singulatim agere per accidẽ*
„ *tia uelit, sæpenumero uerba iisdem de rebus face-*
„ *re cogitur, quæ scilicet eædem Animãtibus adiun*
„ *ctæ sunt specie diuersis. sunt enim fortasse, quæ cũ*
„ *eandem sortiantur appellationem discrimine di-*
„ *stent speciei, ut Animalium incessus, quippe qui*
„ *specie unus esse minus uideatur. discrepant enim*
„ *inter se uolatio, Natatio, ingressus, reptio. quam-*
„ *obrem quo nam modo tractandum sit latere non*
„ *conuenit. utrum inquam communiter primum per*
„ *generis complexionem, post uerò res proprias con*
„ *siderare oportet, an protinus quæque persequi sin*
„ *gulatim rectius est: non enim de hac re adhuc præ*
„ *finitum est.*

ALteram diuisionis partẽ refellit. id quod *Comm.*
more suo diuinus scriptor facere vide-

tur. cum enim plura oriantur incommoda, si quis priorem explicandi rationem sequi velit: ostendit quæ nam illa sint. manifestum enim esse, si singulatim Animalium natura declaranda suscipitur, eò rem deuenire, vt sæpissimè eadem de multis referre necesse sit. nam cũ pluribus eadem insint accidentia diuersis specie, in ijs explicandis easdem, quæ multis conueniunt affectiones inculcare cogimur, quod optimæ viæ, & rationi maximè videtur aduersari. rem autem exemplo clariorem reddit. nam quæ superius dicta sunt, eadem & hominibus, & equis, & canibus existere. Nã spiratio. (hæc enim in præsentia satis sit) eadem prorsus specie, equis, canibus, hominibusq. conuenit, quę animalia specie discrepant. Nam siue instrumenta, quibus fit, siue modum intueamur, nihil est, in quo differat equi spiratio ab ea, quæ hominis est. ita igitur fit vt quando hominis naturam pertractamus, & quæ eius naturæ conueniunt, spirationem etiam declaremus, atque eã de illo demonstremus. id quod & in equo facimus, & in boue. vt eadem prorsus quãdo ad spirationem ventum est sepenumero non sine incommodo afferamus. vt ex his manifestum sit, eum, qui singulatim agere per accidentia velit, frequenter verba ijsdem de rebus facere: quando quidem specie differentibus Animalibus

bus insint. esse tamen ait multa accidentia, quę cum & ipsa specie differũt, pluribus animaliũ speciebus conueniunt. Cum autem eodem nomine vocentur, eadem etiam fortasse videri specie cùm alioquin æquiuoca sint. sunt enim æquiuoca, quorum nomen idem cum sit, diuersa definitio est. huiusmodi esse Animalium incessum, qui quanquam idem appellatione sit vnũ tamen non esse specie. nam omnes, quæ progrediendi vim habent animantes dicuntur incedere, sed ita incedunt, vt vnius generis incessus ab altero forma, & natura sit diuersus. etenim volatus, natatus gressus, & reptio multis inter se nominibus differunt. cùm volatus alis fiat: natatus pennis: ingressus pedibus: reptio corporis attractu: volatus auium proprius sit: natatus piscium; ingressus Animalium, quæ πεζὰ dicimus: reptio vermium, atque reptilium. volatus fiat in aere: in aquis natatio: reptio autem, & gressus in terra. quæ cùm ita sint de his tamen omnibus ἡ πορεία dicitur hoc est incessus, ita tamen, vt æquiuocè prædicetur. sed æquiuoca nõ vnius generis sunt. nam & à fortuna sunt, & à consilio. & quæ à cõsilio, à proportione, ab vno & ad vnum. quæ cum ita sint ἡ πορεία, neque à fortuna est æquiuoca dictio, neque à similitudine, neque ab vno aut ad vnũ. erit igitur à proportione tantum. nam cum ea,

quę pedibus fit ingreſsio verè inceſſus ſit, ſit, vt quoniam alarum pennarum & reptilium ductuum, quas ἑρπὰς dicimus, motiones, ingreſſui pedum proportione reſpondent, genera illa motus inceſſus nomine appellentur. quòd autē ijs quæ pedibus ingrediuntur propriè tribuatur inceſſus, vel ex vno Ariſtotelis loco facilè patet. eſt autem in libro, qui de Animalium inceſſu inſcribitur. philoſophi verba ſunt hæc.
" ἀλλὰ κάμψεως τε μὴ οὔσης οὔτ᾽ ἂν πορεία οὐδὲ
" νεῦσις οὔτε πτῆσις ἦν hoc eſt. ſed ſi Curuatio nō ſit neque inceſſus, neque volatus, neque natatus ſit. hic p̃ inceſſum greſſus qui pedibus fit, ſignificatur. nam ſi de reptione nihil meminit, parui intereſt. ſatis enim erat, ad rem ꝓbandā tres tantum progreſsionis ſpecies enumerare. his ita poſitis, dicemus categoriam eandem habere omnes has progreſsionis ſpecies, quia omnes ſub inceſſu conueniunt communi genere, ſed non vniuoco. & tamen categoriam hāc propriè ac primum τῇ βαδήσει hoc eſt ambulationi conuenire, alijs autem proportione. ſed ad contextum reuertamur. in quo, cum ea, quę dicta ſunt poſuiſſet, ad illud, quod, & ſupra dicebat, redit, videlicet, latere nō oportere, quomodo de Animalibus agendum ſit. nam, aut communi genere propoſito, quæ ei cōueniunt deſcribere opus eſſe, aut ſingula generatim perſo

qui.

qui. quod tamen non ſine incommodo fieri, oſtendit. ſubdit autem hoc nondum manifeſtum eſſe. neque tamen ideo, credendum eſt indefinitam hanc reliquiſſe quæſtionem: qua ſcilicet via, & ratione tractatio hæc ſit abſoluenda: cùm manifeſtò oſtendiſſet longè commodiorem eſſe viam, ſi communem naturam explicandam ſumimus. nam alioquin eadem nos ſæpe cogi repetere,& inculcare. neque illud moueat, quod ait. hoc enim nondum manifeſtum eſt. hoc enim dixit vt oſtendat ſe quidem rationem oſtendiſſe,quæ alioquin obſcura eſt, & à nemine animaduerſa. adnotandum autem eſt ex his Ariſtotelis verbis ſumi pronunciatum, ab vniuerſalibus in ſcientijs progredi oportere, quod ille clarius dedita opera initio librorum de Naturali Auſcultatione poſuit. cuius pronunciati rationem reddẽs Auerhoys in commentarijs,quos in eos libros edidit tria videtur adnotare. nam ideò ab vniuerſalibus initium ſumi,quòd illa natura notiora ſint. deinde ne eadem cogamur iterare. poſtremò, vt quæ propoſitiones afferuntur, primò ac propter ſe enuncientur. nam ſi quæ de triangulo dicimus,ea de ſcaleno,aut æquilatero pronunciemus,non erit propoſitio, quæ primò dicatur. hæc ille. q̃ non ex eius ingenio dicta ſunt, vt quidam Auerhoyci exiſtimarunt, ſed ex diui

no præceptore desumpta. illud autem hoc loco quærendum est, quomodo fieri posſit, vt ne eadem sæpe dicantur, vniuerſalia ſint explicanda: cùm particularia nobis notiora ſint. vniuerſalia autem difficillima cognitu, quemadmodum ait ipſe tùm in Analyticis poſterioribus, tùm in primo Metaphyſicorum libro. accedit quod in ſecundo poſteriorum Analyticorũ docens, quomodo generis definitionem habeamus, illã ex ſpeciebus haberi poſſe demonſtrat: manifeſtò indicans ſpecies quæ ſub àliquo genere ſint, & quæ ijs conueniunt, generibus eſſe magis notas. neque ſanè Ariſtotelis ſententiæ de vniuerſalium notione deeſt, quod ex eodẽ obijciamus. nã quanquam duobus his locis difficillima nobis affirmet vniuerſalia hoc tamen loco, & primo de Naturali Auſcultatione faciliora nobis oſtendit. vt cum dubitationis ſolutione, & pugnantia ab eius verbis ſit auertenda. eſt quidẽ (fateor) vexata, diuq́. agitata queſtio tùm apud veteres, tùm apud nouos peripateticos de Ariſtotelis vera ſententia, à qua poſſem ego bona venia abſtinuiſſe: tùm quòd & à græcis, & à latinis innumera penè dicta ſunt in hoc philoſophiæ loco tractando: tùm quòd locus hic, quem præ manibus habeo non adeò videtur hunc expoſcere queſtionis excurſum. ſed profectò iuuat, quæ à præceptionibus accepi-

mus,

mus,& quæ marte nostro excogitauimus ad huius loci illustrationem afferre. ac primùm mirum non est, si in Analyticis,& in primo Metaphycorum vniuersalia esse maximè difficilia cognitu dicit Aristoteles. tùm quòd vniuersale, quod exquisitè vniuersale est maxima sanè contemplatione eget, & non pauco animi studio. tùm quòd in primo Metaphysicorũ de eo vniuersali non loquitur, quod de ijs, quæ sibi subiecta sunt enunciatur: sed de eo, quod aliorum rerum omnium causa est. quodq́; non animi notione est vniuersale: cùm in materia re vera sit, sed forma à materiæ sordibus abiuncta, rerum vt sint, & intelligantur causa. sed quod vniuersale diximus exquisitum, quodq́. summa animi contẽplatione indiget, declaremus apertius. vniuersale fieri ait ipse, tum in primo diuinæ philosophiæ libro, tùm in extremo secundo posteriorum Analyticorum, quando ex pluribus experientiæ notionibus, in vniuersa fiat similium comprehensio. ex sensu enim memoria fit, ex memoria frequenter excita eadem de re, experientia cõparatur, ex qua, quod ex multis vniuersale colligitur apprehẽdit animus, & inspicit. quod & Alexander grauis peripateticus duobus, aut amplius locis in altero libro de Animo adnotauit. hoc igitur vniuersale sensu memoria, experimento à singulorum similitu-

ne

ne elicere,& altiori mente contemplari nō par
ui negocij est. etenim natura quidem notum
est,sed si nobiscū cōferatur,qui sensuū ope no-
uimus omnia, obscurū admodū, & incognitū.
sed & vniuersale dicimus naturam cōmunem
in singularibus existentem, sed confusim, &
adumbratè nobis cognitam, non illis, quibus
superius cognoscitur conditionibus, sed figu-
ra quadam. sic Animal magis quàm hominem
cognoscimus. sic infans omnes homines pa-
trem & matrem clamitat. huiusce generis vni
uersale nobis quidem notum est ob communia
quædam prædicata,quæ ei tribuimus confusio
ri, vt dixi, modo, & sine discrimine. ab hoc in
omni ferè Aristotelis tractatione sumitur ini-
tium. quemadmodum in primo de Naturali
Auscultatione testatus est,vbi cùm dixisset con
fusiora,& communiora esse nobis,quàm prin-
„ cipia, magis nota; διὸ inquit ἐκ τῶν καθόλου
„ ἐπὶ τὰ καθ' ἕκαστα δεῖ προϊέναι vocans confusio
ra illa,atque cōmunia καθόλου hoc est vniuer-
salia. hæc autem sunt prima, quæ ante princi-
piorum explicationem, velut axiomata sum-
psit. Necesse esse, aut vnum esse principium,
aut plura,quemadmodum Alexāder sensit. sed
ad rem nostram. ab vniuersalibus,hoc est à cō-
munibus, & confusioribus hos etiam libros de
Animalibus disponit Aristoteles, & quæ in ijs
conti-

continentur edocet, quod qua ratione faciat docet ipse. Verum autem esse, ex his libris de partibus facilè quiuis potest animaduertere. nam exempli causa de sensuum instrumētis loquitur, de visceribus, de dentibus, de cornibus, de œsophago, & huiusmodi cęteris, quæ vniuersali ordine pertractat, eò quòd & nobis ita cognita sunt. deinde ad aliud vniuersale scandit, quod exquisitius cùm sit intelligentia nostra non ita facilè apprehenditur. an hæc Animali vt Animal est conueniant. nam sic omnibus, quæ sub eo sunt, seu sanguinea, seu sanguine vacua, conuenirent. an potius sanguineis, & ex his, an ijs potius, quæ animal edunt, & ex his an ijs potius, quæ scissis pedibus ingrediuntur. hæc illa est vera vniuersalis cognitio ardua quidem, & perdificilis. sed quæ communis est, & confusa nobis longè familiarior, à qua necessariò est exordiendum vt facit Aristoteles, vt nō iniuria φιλοκαθόλου vocetur ab Olympiodoro græco philosopho. sed illud restat scrupuli, quod obijcitur ex secundo libro posteriorum Analyticorum. philosophi verba sunt hæc, vt ego interpretor. Oportet autem cùm in vniuersa re versatur quispiam partiri genus in prima specie indiuidua, vt numerū in binarium, & ternarium. deinde hoc modo eorum definitiones sumere cōniti, vt rectæ lineæ, circuli, trian-

„ trianguli erecti. deinde quid genus sit assumẽ-
„ tem, vt an ex quãtis, an ex qualibus sit, proprias
„ affectiones inspicere ex primis communibus.
„ nam quæ ijs accidunt, quæ ex indiuiduis com-
„ ponũtur ex definitionibus manifesta fiunt, cò
„ quòd omnium principium definitio est, & sim
„ plex, & quòd simplicibus insunt solis acciden-
„ tia per sese, alijs autem propter hæc. & paulo
„ post interiectis pluribus. facilius autem est sin
„ gulare difinire quàm vniuersale, quamobrem à
„ singularibus ad vniuersalia ascendendum est.
„ nam homonymiæ magis latent in vniuersali-
„ bus, quàm in indifferentibus. ex his verbis il-
lud elicitur, vniuersale cò quòd ignotum nobis est, si definitione explicandum sit, debere nos cõmunia, quæ in speciebus sunt deligere, quæ vniuersali naturæ applicemus. deinde facilius esse singulare definire quàm vniuersale. nam in hoc latere magis homonymias. ex quibus sanè tantum abest, vt ea, quam attuli declaratio imfirmetur, vt maximè comprobari videatur. nam germana illa, & vera vniuersalis cognitio à specierum cognitione comparatur. Ceterũ si quando illud definire volumus communia sumimus ex speciebus, sequitur communia esse notiora, hęc autẽ altera significatione vniuersalia dicebamus. vniuersalia igitur nobis notiora sunt quàm singularia. hæc autem ijs vniuersa-
libus

libus longe apertiora, quæ exquisita animi notitia vniuersalia dicebamus. de his enim loquẽs Aristoteles facilius iudicat esse singulare quàm vniuersale definire. hactenus & rationem ostẽdimus, qua notiora vniuersalia sunt nobis, & pugnantiam ab Aristotelis verbis auertimus, & ex eo loco, qui meæ sententiæ aduersari videbatur, confirmaui melius. Nunc ad verba, quæ sequuntur adgrediamur.

ϛ

Οὐδέγε τὸ νῦν ῥηθησόμενον. οἷον πότερον καθάπερ οἱ μαθηματικοὶ τὰ περὶ τὴν ἀστρολογίαν δεικνύουσιν, οὕτω δεῖ καὶ τὸν φυσικὸν, τὰ φαινόμενα πρῶτον περὶ τὰ ζῶα θεωρήσαντα, καὶ τὰ μέρη τὰ περὶ ἕκαστον. ἔπειθ' οὕτω λέγειν τὸ διατί, καὶ τὰς αἰτίας, ἢ ἄλλως πως.

VI.

Nec illud confessum est, utrum ut Mathematici rem suam cælestem demonstrare consueuerunt, sic homo rerum naturalium studiosus primùm quæ patent in animantium genere, partesq. singulas explorare, deinde causam, quamobrem ita sint reddere debeat: an secus agendum sit.

Postquam quęsiuit Aristoteles rationem, & viam, qua quæ de Animalibus dicenda sunt possint artificiosè declarari, & ex duabus vijs propositis **Comm.**

positis refellit alteram, alteram approbauit. ea autem est. in vniuersum de ijs, quæ Animalibus insunt agendum esse, postea distinctius de ijs, quæ cuique generi propria sunt: quæstioné aliam proponit hoc loco, bipartitamq. sententiam innuit, quarum altera reiecta, sumit alteram. quod autem in quæstionem reuocat, hoc est. an physicus ita debeat eorum, quæ tractat causas reddere, quemadmodum Astrologi facere consueuerunt, qui quæ in cœlesti globo apparent (græcè dicimus τὰ φαινόμενα) explorata prius habet vt sunt, deinde causas nituntur reddere, cur ita sint. an alia potius ratione facere oporteat. & sanè proportione physicorũ tractatio Astrologorum contéplationi respõderet, si quemadmodum ij, in cœli, ac syderum corporibus faciunt, ita, hi in Animalium partibus, vt has scilicet videát, vt sint, quo pacto positæ, ac formatæ, quot, quales've, deinde singularum rationem exquirant. vt si quoniam scimus cor esse, quod in medio Animali positum est, sanguineum, & neruorum, quęramus cur in medio? cur neruosum? cur sanguineũ? Iure igitur quærit Aristoteles, an hoc modo q̃ ad Animaliũ cognitioné pertinent tractanda sint, an alio potius modo, & rõne. (modũ tamen aliũ non ponit, tamen per se quisque poterit opinatione statuere.) atque ita quæstioné hanc hoc

in

in loco ponit, vt definire non videatur. definit tamen tacitè, & approbat partem, quam exprimit pro baturus & paulò post aliarum quęstionũ occasione. quare statutum sit philosophũ, qui partes aut accidentia Animalium quærat, prius quòd sint exploratum habere oportere, postea ad causas redigere, quæcũque illæ sint, seu ad materiam, seu ad efficiendi vim, seu ad formam, aut finem. id quod non modo in Animalium libris obseruatum est à diuino viro, sed etiam in alijs, in quibus aut de Natura, aut de Diuinis rebus disputat. & iure sanè. nã quem admodum ait ipse in Analyticis, quæstio quòd res sit prior est quæstione cur sit. Quamobrẽ non alia ratione in secũdo de Naturali Auscultatione causarum tractationẽ aggrediens propositi sui causam hanc reddidit, vt inquit, cùm
» ipsarum norimus principia enitamur quæcun-
» que quærimus ad eas referre. & in extremo ferè illo libro docens quomodo referamus effectum ad causam, facilè ostendit hanc explicandi rationem in physicis esse peculiarem. Verùm quod transfert in cõtextu Theodorus rem suã cœlestem ostendunt græcè est *τὰ περὶ τὴν ἀστρολογίαν δεικνύουσιν*, hoc est, quæ ad Astrologiam pertinẽt demonstrant. Mathematicos autem ait ea, quæ Astrologiæ sunt demonstrare, eò quòd astrologia vna ex ijs disciplinis est,

quas

quas Mathematicas veteres nominarunt . illud autem adnotandum est, Astrologiam appellare, quam posteriores græci Astronomiam vocauerunt . duplex enim ea disciplina est, quæ in syderum, ac cœlestium corporum agnitione versatur . nam quæ corpora, & motiones, & figuras inspicit, Astronomia est . quæ verò rerum euentus prædicit, & quæ nos ἀποτελούμενα dicimus, Astrologia dicta est. astrologiæ autem idcirco meminit, quòd hæc ex primis Matheseos disciplinis sola ad naturalem scientiã magis videtur accedere. id quod & in secundo de Naturali Auscultatione dixit, & in duodecimo Metaphysicorum . fit enim nescio quomodo, vt eadem ferè Astrologus, atque physicus contemplentur . nam & physicus globosa demonstrat sydera, vt in secundo libro de cœlo facit hic, globosam terrã, atque in medio sitam, quod problema nõ est ab Astrologo alienum. sed ille rationes affert ab eorum substantia, facultate, quòd ita melius, quàm aliter. hic ab ijs, quæ figuris, magnitudiniq. accidunt: à motionis quantitate, & tempore . adhæc est & aliud, in quo conueniunt . nam quemadmodũ Astronomus perspecta primum eclypsi causam inquirit, qua facta sit: ita physicus Lunæ corpore perspecto naturam eius explorat, & causas. sic enim Astrologia, sic physice, sic ceteræ philosophiæ

ſophiæ partes habuerunt initium . eclypſeos admiratione motus Thales inuenit cauſam, quam alijs perſuaſit. eadem admiratione moti alij philoſophiam inuexerunt . ſed ſatis hæc. qui vero plura deſiderat de Aſtronomorũ phyſicorumq́. contemplationibus, quibus conueniant, quibus diſcrepant : Geminum philoſophum legat auidè, cuius verba apud Simpliciũ ſunt in ſecundo de Naturali Auſcultatione. ſunt enim quæ dicit aurea,& cera,minioq́. notanda (vt ait ille .

Z

„ Πρὸς δὲ τούτοις, ἐπεὶ πλείους ὁρῶμεν αἰ-
„ τίας, περὶ τὴν γένεσιν τὴν φυσικήν. οἷον
„ τήν τε, οὗ ἕνεκα, καὶ τὴν ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινή-
„ σεως, διοριστέον καὶ περὶ τούτων, * ποία πρώτη *πότερα.
„ καὶ δευτέρα πέφυκε.

VII.

„ *Adhæc cum plures cauſas generationis natu*
„ *ralis eſſe videamus ſcilicet eam, cuius gra*
„ *tia res gignantur, atque eam unde mouendi prin-*
„ *cipium ſit: definiendum de ijs etiam eſt, quæ nam*
„ *prima, quæ ſecunda haberi debeat.*

QVæſtiones, quas Ariſtoteles proponit, ita ſunt inter ſe connexæ, vt altera ſequatur alterã . primùm quęrere oportebat qua via in Anima- *Comm.*

lium tractatione vtendum sit. an singulatim Animalium natura, & affectus sint explicandi, an in vniuersum genere proposito declaranda sint, quæ ei communiter tribuuntur. hanc quęstionem definitam definienda sequitur altera. an quando ita agendum est de Animalibus, vt generatim communes explanētur affectiones: effecta re cognita causam quærere oporteat, an contrà prius causam afferre conueniat; quanquam effectus cognitus non sit. hac soluta quęstione, suboritur altera, quæ in contextu est. an quando causas reddere oporteat, & causæ plures numero in generatione naturali sint: statuendum sit, quæ prior: quæ posterior sit: quæ præstantior: quæ dignitate inferior. hic ordo quæstionum est. & hæc contextuum connexio. quod hoc itaque in loco quęrit, hoc est. Quoniam in omni rei naturalis effectione nō vna cernitur causa, sed plures, vt id, cuius gratia motus est, & id, à quo motus proficiscitur (ex his autem illud finis est, hoc efficiens causa. his enim nominibus duo hæc causarum genera significare consueuit) quęrendum est, quæ prima, quæ secunda sit. nam si hæ naturalium rerum causæ sunt, & hæc, quæ instituitur tractatio naturalium rerum causas, & quęrit, & docet: qui in ea versatur non modo quot, & quæ sint nosse debet, sed & quę prior, quę posterior.

hæc

hæc tota est proposita quęstio. quæ vt non hoscitanter intelligatur, adnotanda nõnulla sunt. primùm quot causæ sint de huius sentẽtia. deinde an ex his aliquæ inter se conueniant. postremò cur sit, quòd aliquando nõ omnes enumerat, sed alias, atque alias varijs in locis. causas quatuor esse pluribus in locis testatus est, sed in secundo de Naturali Auscultatione copiosè demonstrauit. materiam, formam, efficientem, finem. materiam, ex qua existente gignitur aliquid, quemadmodum æs statuę materia est: ex aere enim existente statua fit. formam, quæ id, quod est, & ratio rei est. efficientem à qua motus proficiscitur. finẽ, cuius gratia generatio est. ex his aliquas inter se conuenire, vt eædem numero sint, vt forma, ac finis, aliquas vt specie conueniant, vt efficiens & effecta res. homo enim hominem gignit & stirpem stirps, quæ inter se quidem numero dissident, sed eadem specie constant. sed illud adnotandum est, formam & finem ita inter se cõuenire, vt subiecto eadem sint, ratione tamen discrepent. forma enim dicitur, quæ rem cõstituit, quæq. eius ratio est, à qua quòd res sit pręcipuè proficiscitur. finis autem cuius causa omnia, quę ante illum sunt, fieri videntur. quem expetit natura, quem ars. quæ cum ita sint nihil impedit, quin in causarum enumeratione, ple

runque tres, plerunque quatuor enumeret Ari ſtoteles: plerunque aliam omittat: plerunque aliam. in duodecimo Metaphyſicorum cauſarum habita eſt mentio, à quibus rerum naturaliũ poſſumus rationẽ reddere, finis tamẽ eo loco nulla habita mentio eſt. nõ alia ſanè de cau ſa niſi quòd cum forma ſæpiſsimè conuenit, imo in naturalibus rebus idem ſemper eſt. in hoc autem primo horum librorum cum aliarũ cauſarum meminerit, de forma etiam aliqua ponit. ſed in alijs libris, & in ijs, qui de ortu Animalium ſunt, cum ab alijs cauſis & membrorum, & ortus ſit reddita ratio, à forma raró allata eſt. quid autem in cauſa ſit, vt modo for mam omittat, modo finem, præter poſitam rationem hæc etiam mihi videtur non aliena. in duodecimo Metaphyſicorum, quanquam cauſas naturales enumerat, tamẽ altiori pænè modo, quàm phyſico conueniat, videtur hoc facere. & quoniam philoſophi munus eſt rerum eſſentiam contemplari qua ſunt, ſunt autẽ for ma, ſuo etiam inſeruire muneri eo in loco nõ alienum exiſtimauit, ſi formæ meminiſſet, nõ finis. neque mihi quiſquam obijciat, quòd ma gis finem, quàm formam contempletur philoſophus, cùm primam, eamq. præſtantiſsimam contemplentur ſubſtãtiam, quę rerum omniũ optimus, & maximè expetendus finis eſt, nam

non

non ideò ſequitur, vt etiam rerum naturalium particularem inſpiciat finem qui motus,& mutationis terminus eſt. hoc enim phyſici intereſt, qui cum cauſam redditurus ſit, cur cœlum multis, iiſq́. ferè contrarijs moueatur conuerſionibus finalem reddit, quæ inferiorum rerum eſt generatio. in his autem libris formæ non adeò meminit, neque ab ea rationem reddit. tùm quid finis idē, atque forma eſt, tùm quòd longè commodius à fine redditur ratio, quàm à forma in Animalibus,& plantis. nam ſi quęratur cur venę in Animāte ſint, non quid venę ſint reſpondemus, ſed vt animal per eas augeatur, alatur, ſeruetur. qui finis eſt, cuius cauſa venæ ſunt. Cęterum quæ in paraphraſi dicit Auerhoys quanquam ea quidem per ſe vera ſunt, tamen & ipſe in extrema huius capitis explanatione manifeſtò fatetur quæ animali inſunt, & ad ipſum referuntur tria eſſe. nā vel finem eſſe, vel melioris cauſam, vel materiam. omiſit ille ſanè efficiendi vim eò quòd de his libris tantū loquitur, in quibus efficientis non fit per ſe mētio. nam in libris de Ortu Animalium propter ſe de illa agitur, & ab ea ortus, & eorum quæ ortui accidunt, cauſa redditur.

H

" ΦΑίνεται δὲ πρώτη, ἣν λέγομεν, ἕνεκά τινος. λόγος γὰρ οὗτος. ἀρχὴ δὲ ὁ λόγος.

VIII.

» *Principatum sanè illa obtinere videtur, quam*
» *sub hoc uerbo cuius gratia significamus.*

Comm. Quæstionem propositam soluit. statuit enim primam causarum esse, quam hoc nomine ἕνεκά τινος significamus. primam autem hanc naturam. & tanquam prærogatiuã militarem, quam fini tribuit non ab ortu sumi, neque à tẽpore censendum est, sed à natura, & perfectione. quam sententiam cum vbique tenet Aristoteles, tùm secundo de Naturali Auscultatione, vbi finem aliorum optimum appellat, seu ita re vera sit, seu etiam ita videatur. cur autem, prima sit causa rationem reddit eò quòd λόγος hoc est ratio sit. quæ explicatio non fini solet ab Aristotele tribui, sed formæ. nam in secundo physicorum formam explicãs ait illam esse rationem, & παράδειγμα hoc est exemplar. sed nihil obstat finem etiam rationis nomen habere, tùm quòd cum forma conuenit, quæ re vera ratio est, & definitio, tùm quòd diuersis de causis diuersis rebus idem dare nomen vsu venit sæpenumero. nam forma λόγος seu ratio est, quia rem constituit, & rei est tota essentia, imo ipsa res. finis autem eò quòd necessitate quadam efficientem vim ad sese cogit, siue illa

natura

natura ducatur, siue concilio, & ratione. est enim rebus omnibus finis, vt optimæ rei ingenita, quædam appetitio. an etiam finis λόγος est. quia & in naturæ rebus & in ijs, quæ arte fiunt à fine reddita ratio à nemine non acceptatur, vt præterea nihil quærere necesse habeat? vt ẽt paulò interius docet ipse. accedit quòd in secundo de Naturali Auscultatione in declaratione formæ non ita meo iudicio respexit formæ naturam, quia materiæ concausa est, quemadmodum quia est Ortus, & motionis terminus. quare & optimo consilio appellauit etiam παράδειγμα. nam si ad efficientem non referatur exẽplar non est. est enim exẽplar forma, quia si ab efficiente producitur qui cõsultatione, & delectu efficiat, intellectione comprehẽditur, atque vt comprehenditur exemplar quodam est eius, quæ in materia futura est. sin autem à naturali efficiente: non quidem quia cõprehenditur, cùm natura sine consilio, & delecto agat, sed quia materiæ, quæ sua potestate formam continet, innata uis est formam expetendi, & acceptà efficientià mouentis secundũ ordinem mutationem subit, vt in ea primum hoc, deinde suboriatur illud, mox aliud, donec ad extremum, quod motionem terminat, deueniatur. quæ cum ita sint, mirum non est si Aristoteles finem explicarit dictione λόγος.

λόγον autē appellauit. vt eius inter causas prę-
stantiam demonstraret. subdit enim ὁ λόγος δὲ
ἀρχὴ ratio autem principium est. sic igitur fa
cta ratiocinatio sit. ratio principium est. finis
ratio. finis igitur principium est. qua ratioci-
natione conclusum habemus finem esse princi
pium, & causam cæterarū causarum. quæ quo
niam præter formam duæ sunt, (forma enim
cum eo conuenit) videndum quomodo mate-
riæ principium est, quomodo efficiētis causæ.
materiæ sanè principiū est, tùm quòd eius in-
determinationem (vt ita dicam) & defectum
complet, ac perficit: est enim dimidiata res ma
teria: tùm quòd ab ea expetitur innata quadam
appetitionis vi, vt bonum & diuinum quid. ef-
ficientis autem principiū esse finis dicitur eò,
quòd finem sibi propositum habet, vt necessi-
tate quadam propter illum efficere videatur.
cum enim finis ille sit, qui veluti vim imponit
effectrici causæ, dubitandum non est, quin illi
præsit. & eius veluti principium sit. principiū
autem & causa finis est, tùm in rebus, quæ natu
ra, tùm in rebus, quæ artificio, & delectu con-
stant. nam in ijs, quæ artificio fiunt, & consul
tatione, ab efficientis animo comprehenditur.
Comprehensus autem mouet, ac incitat ad effe
ctionem. sic enim vt in animo est sub boni e-
tiam specie comprehensus bonum quid, atque
optimum,

optimum,& expetẽdum eſt. bonum enim ſua natura expetendum eſt. vt in tertio libro Topicorum dicit Ariſtoteles. quamobrem non malè in duodecimum Metaphyſicorum dicit Auerhoys formam balnei in animo rationem agentis habere cùm agat,ac moueat deſiderium.extra animum autem finem motus, non autem agentem. cum tamen in formis ab omni materie ſeparatis idem & efficiẽtis, & finis rationem teneat. hoc & ab Alexandro ſummo peripatetico adnotatum eſt in ſecundum librum de Naturali Auſcultatione, à quo vt cætera omnia hoc etiã deſumpſit Auerhoys.neque quiſquam obijciat,quòd quia finis eſt,principium & cauſa non eſt: cùm efficiat potius vt agens. nam licet moueat,atque excitet actionem,hoc tamen facit quia finis eſt. & vt ſub boni ſpecie, atque expetẽdi ab efficiente, animo, & cogitatione percipitur. nam ſi puellæ ſpecies animo comprehenſa ſit, appetitum quidem illa mouet,ſed nõ ſimpliciter, ſed quia finis eſt, ad ſui ſcilicet indeptionẽ. nec occurrat aliquis, quòd quæ ſpecies in animo ſit non eadem eſt, atque ea,quam efficiens deinde conſequitur. nam licet eadem numero nõ ſit, eadem tamen eſt ſpecie, & perinde ab agente concipitur, atque ſi eadem numero eſſet, quam ille eſt effectione, aut actione conſequuturus. quod autem ſolet

obijci

obijci finem nondum esse, cùm omnis ortus, & mutationis sit terminus, non posse igitur effectionis habere vim: facilè diluitur. nam cum animum incorporea motione cieat, satis est ab eo sub boni ac finis concipi specie. motus enim, qui à fine, vt in animo est, proficiscitur, motus metaphora quadã est. quod innuit meo iudicio Aristoteles primo libro de ortu, & interitu. adhæc finis principium, aut causa non est, nisi effectio cœperit. nam quãquam animo cogitet architectus theatra, basilicas, & alia huiusce generis ędificia, formæ tamen ædificiorum nunquam poterunt agentes appellari, nisi cœperit architectus ędificationem. at cœpta ędificatione ædificia potestate sunt, aut (vt melius dicam) sunt, & non sunt. est enim vt secundo Mētaphysicorũ ait Aristoteles rerum ortus medius, vt & esse, & non esse videatur. quamobrem possumus etiam non ineptè dicere. finem mouere quidem illum, vt est in animo auctoris, non tamen simpliciter, sed vt in potestate est extra animam: imo vt dimidiatus est. rursus dicat aliquis. rem concipi quidem intellectu, sed vt extrà intellectum re vera, & actu est. nam notiones, quas nos νοήματα dicimus, vt notiones sunt in intelligentia sitas esse, & in ea actũ suum habere: sed vt res sunt in materia sint necesse esse, in qua verè & reapte sint. finẽ autem

cum

cum nondum actu sit non posse intelligentia comprehendi: quando enim actu non est finis, non potest sub sensus cadere, vt ab ijs ab intelligentiam transeat. sed hoc facilè diluitur. nā quāquam actu non sit finis, quem efficiens animo concipit, est tamen actu, & re vera, quod fini simile est, aut omnino, aut aliqua ex parte. nam etsi formam ædium intelligentia tenet architectus, quæ nondum sunt: nunquam tamen illam tenuisset, nisi re vera essent ædes ijs similes, quas animo cogitat. quòd si etiam accidat, vt præter ea, quæ in alijs ędibus viderit, noua quædam alia confingat animo: satis tamen est fundamentum suæ cogitationis aliqua ea parte consistere. quod in ijs, quæ primùm inueniuntur dici potest. nam qui aerea primus inuenit tormenta, quæ nitro, & sulphure constipata igne adhibito generi humano perniciosissima sunt, ea concepit animo facienda nō sine suæ comprehensionis fundamento in re, quæ aliqua ex parte non esset absimilis. hæc cū ita declarata sint, nō desunt tamen adhuc, qui scrupulum iaciunt. nam quod finem optimum esse dicebamus in controuersiam ideo reuocant, quòd optimus ille quidem est, si sit, sed cum nō sit, hoc nomine donandus non sit. Responderi potest optimum esse quidem finem quādo sit, tunc enim terminata motio est. optimū etiam,

vt in animo est. nam nisi vt optimus est conciperetur, neque à quoquam expeteretur, neque vllius actionis esset causa. sed hactenus de fine, qui in artificiosis rebus est, & in humanis actionibus. in naturalibus rebus non eadem ratio est. quanquam non defuerunt viri doctißimi, qui quemadmodũ ab eo, qui ratione aut agit, aut efficit finem animo proponi dicimus, ita etiam ab nunquam errante intelligentia, hoc est à Deo optimo maximo finem, quem natura consequitur ante productionem cõcipi existimarunt. quorum opinio mihi non videtur peripateticorum inniti dogmatis. nam si in omni generatione finis a Deo opt. max. comprehẽditur, & generatio particularium rerum est, quemadmodum primo de Ortu, & interitu, quarto de Ortu Animalium, & primo Metaphysicorum testatur Aristoteles: sequetur Deum particularia, ac singularia cognoscere, quod an Aristoteli aduersentur iudicent vel ij, qui quæ Aristotelis sunt mediocriter legerunt. hæc alioquin religioni nostræ sunt consentanea, q̃ vt verißima, & sanctißima est, ita Aristoteli minimè cognita. nec illud mihi obijciatur, quod ratum habent peripatetici à Deo cœlum, & naturam pendere. nam quanquam verum hoc est, non tamen ita, vt idcirco dicatur singularium rerum & auctor, & cognitor. his

igitur

igitur missis primũ illud statuendum est, quod longa oratione conclusit Aristoteles in secundo de Naturali Auscultatione. innatam esse naturæ finis appetitionem, atque vt ei innatum est agere finis gratia. nam cum in semine sit animal potestate, semen, nisi quid impediat ad animal procreãdum moueatur necesse est, quo producto omnis motus, & agitatio desinit. hæc cum ita sint finis dicitur causa in naturalibus rebus non quòd cognitione natura efficit, sed quòd innata est in naturalibus rebus eius appetitio, quem nisi consequantur, motus, & appetitio nunquam desinit. hoc optimè vidit Alexãder in secundum physicorum apud Simpliciũ, & summo iudicio adnotauit.

Θ

» ΦΑίνεται δὲ πρώτη, ἣν λέγομεν, ἕνεκά τι
» νος. λόγος γὰρ οὗτος. ἀρχὴ δὲ ὁ λόγος.
» ὁμοίως ἔν τε τοῖς κατὰ τέχνην καὶ τοῖς φύσει συ
» νεστηκόσιν. ἢ γὰρ τῇ διανοίᾳ ἢ τῇ αἰσθήσει ὁρισά
» μενος, ὁ μὲν ἰατρὸς τὴν ὑγείαν, ὁ δ' οἰκοδόμος τὴν
» οἰκίαν, ἀποδιδόασι τοὺς λόγους καὶ τὰς αἰτίας
» οὗ ποιοῦσιν ἑκάστου. καὶ διότι ποιητέον οὕτως.

IX.

» *PRincipium sanè illa obtinere videtur, quam*
» *sub hoc verbo, cuius gratia significamus. hæc*
» *enim ratio est, ratio autem principium est pari-*
» *ter in rebus tam natura, quam arte constituen-*
dis.

" *dis. vbi enim vel per intellectum, vel per sensum*
" *medicus sanitatem opifex ædes definierit, ratio-*
" *nes, & causas rei, quam facit reddere solet, &*
" *cur ita faciat subiungit. quãquam illa cuius gra-*
" *tia causa, & ratio boni, & pulchri naturæ operi*
" *bus potius quàm artis coniuncta est.*

Comm. QVoniã finem appellauit λόγον, hoc est rationem, sumit, rationem in naturalibus artificiosisq; rebus eodem modo principium esse. quam obrem finem principium esse, primamq. & nobilissimam causarum causam. hinc autem confirmari maximè potest, quod superius adnotabam, λόγον hoc in loco appellari finem, quòd pręcipuè ab eo in natura, & arte redditur ratio. ponit autem exemplum, quod rem illustrat. nã medicus, & architectus aut sensu aut mẽte definientes, ille sanitatem hic domum, eius, quod faciunt rationem reddunt. quòd autẽ ait Aristoteles ὁρισάμενος hoc est cũ definierit, mihi aliter videtur accipiendum, quàm aut amicus meus sumpsit, aut aliquis primo verborũ aspectu sumeret. nam (vt opinor) hæc tota verborum sententia est. Medicum, & architectũ, si suorum operum rationem sint reddituri, illa, aut sensu, aut etiam mẽte ὁρίζεσθαι, hoc est terminare, statuere, comprehendere definire.

(sumitur

(sumitur enim verbum hoc hac significationẽ apud græcos auctores. neque malè vertit Theodorus, cum definire eadem apud latinos significatione sumatur interdum.) comprehendũt autem, & definiunt ædes opifex, medicus sanitatem, aut sensu, aut intellectu. Siquidẽ si nõdum factæ ædes sunt, architectus mente, & cognitione statuit tales futuras, vnde facilè totius ædificationis reddit rationẽ. nam si exempli causa eas animo statuerit fornicibus fulciẽdas, quando fornicem erigit, interrogatus respondere commodè poterit, cur erigat, vt ędes fulciantur scilicet. Sic enim animo definiuit. hoc & de medico dicere possumus. nam quando sanitatem ægroto corpori reparare statuerit, eamq. animo qualis futura sit cogitarit, sectionis venæ, pharmaci, frictionum, balneorũ. omnisq. curationis facilè potest rationẽ afferre. videlicet se hoc facere, vt sanitatem ægroto reparet. sensu autem vterque opus suũ definit, aut si alterum simile viderit, atque ei, quod à se faciendum est simile fore proponit, vt putat Ephesius. aut etiã, vt putat Leonicus, si postquam opus factum est, illud sensu definiunt, & omnis actionis suæ causam afferunt. sed altera hæc interpretatio mihi non admodum satisfacit. tùm quod non videtur rectè posse dici artifex, opus suum, quando confecerit definire

sensu.

fenſu. tùm quòd ait in contextu philoſophus οὗ ποιοῦσιν ἑκάςου, hoc eſt, vniuſcuiuſque operis, quod faciunt. nam ſi ſecundo modo intelligeret dixiſſet οὗ πεποιήκασι ἑκάςου vniuſcuiuſque operis, quod fecerunt. iam enim confectum eſt opus. hactenus exemplo probauit finem eſſe principium eò quòd ratio ſit, tùm in naturalibus, tùm in artificioſis rebus. ſed quoniã quæ natura cõſtant ijs, quæ artificio fiunt, nobiliora eſſe neceſſe eſt, idcirco docet cauſam cuius gratia mãgis cerni in naturalibus operibus, q̃ in artefactis, ea ſcilicet ratione, ꝗ naturalia principiũ motus intimũ habent, quod finẽ ſemper, & id, cuius gratia expetit: artificialia aũt principium motus in ſe non cõtinent, cùm in artifice ſit collocatũ. adhæc in naturalibus magis elucet finis appetitio eò quòd diuina prouidentia fit, vt ſuũ quidque finem expetat, ac demum ſummum omnium rerum finẽ, & expetant, & in eo conquieſcant. ſic elementa loca propria petunt ob vniuerſitatis ordinẽ. ſic animalia procreationis appetitum habent, vt ſecundo de Ortu Animalium dictũ eſt. quæ omnia ad ſupremum rerum omniũ finem aliquo modo, ſuis viribus, atque naturæ conuenienter referuntur.

Μᾶλλον

I'.

» ΜΑλλον δ' ἐστὶ τὸ οὗ ἕνεκα καὶ τὸ καλὸν,
» ἐν τοῖς τῆς φύσεως ἔργοις, ἢ ἐν τοῖς τῆς
» τέχνης. τὸ δ' ἐξ ἀνάγκης, οὐ πᾶσιν ὑπάρχει τοῖς
» κατὰ φύσιν ὁμοίως, εἰς ὃ πειρῶνται πάντες σχε-
» δὸν τοὺς λόγους ἀνάγειν, οὐ διελόμενοι ποσαχῶς
» λέγεται τὸ ἀναγκαῖον. ὑπάρχει δὲ τὸ μὲν ἁ-
» πλῶς τοῖς ἀϊδίοις, τὸ δ' ἐξ ὑποθέσεως, καὶ τοῖς ἐν
» γενέσει πᾶσιν, ὥσπερ τοῖς τεχναστοῖς, οἷον οἰ-
» κία, καὶ τῶν ἄλλων ὁτῳοῦν τῶν τοιούτων. ἀ-
» νάγκη δὲ, τοιάνδε τὴν ὕλην ὑπάρξαι εἰ ἔσται οἰ-
» κία, ἢ ἄλλο τι τέλος. καὶ γενέσθαι τε καὶ κι-
» νηθῆναι δεῖ τόδε πρῶτον, εἶτα, τόδε, καὶ τοιοῦ-
» τον δὴ τὸν τρόπον ἐφεξῆς μέχρι τοῦ τέλους, καὶ
» οὗ ἕνεκα γίνεται ἕκαστον καὶ ἐστὶν. ὡσαύτως
» δὲ καὶ τοῖς φύσει γινομένοις.

X.

» *NEcessitas verò non æquè in rebus naturæ*
» *omnibus inest, ea videlicet, ad quã oẽs fe-*
» *rè auctores rationes referre tentãt prius, quàm*
» *doceant, quot modis accipi necessarium debeat.*
» *inest idipsum rebus quidem æternis simplici, ab-*
» *solutaq. ratione: sed caducis etiam, gignendisq.*
» *omnibus ex suppositione tribuitur: quomodo in*
» *artificiosis, vt ædibus, & quibusuis alijs generis*
» *eiusdem. materiam enim talem adesse necesse est,*
» *si domus, aut quiuis alius finis futurus sit: atque*
» *etiam fieri, moueriq. illud primum oportet, dein*

F de

„ de hoc. ac deinceps ad hunc modum itur ad fi-
„ nem, cuius gratia res quæq. & efficitur, & est.
„ eodemq. modo in rebus quoque natura gignen-
„ dis agitur.

Comm. CVm de efficiente causa, ac de fine loquutus sit, atque vtra præstátior causa sit explicauerit tùm in naturalibus, tùm in artificialibus rebus: quoniam de materia nihil dixerat, hoc in loco de illa etiam agere statuit: sic enim quæ ad causarum & numerum, & naturam pertinẽt fuerint declarata. materiam autẽ appellat necessitatem eò quòd si forma naturalis est, materiam esse necesse est. quæ necessitatis ratio, quoniam suppositionem sequitur ex suppositione appellatur. est enim haud dubiè ὑπόθεσις, si forma est materiam esse oportet. nam non absolutè formam aut esse, aut fore concedimus, nisi materia, veluti stratum, adfuerit. quod necessitatis genus declarauit ipse ĩ quinto Metaphysicorum libro: vbi cum plures necessarij significationes doceat, primùm illam explicauit quæ materiæ est. sed illud adnotandum, quod Gaza vertit necessitas, Aristotelem dicere τὸ ἐξ ἀνάγκης longè felicius quàm latinè possimus exprimere. sed rem intelligi satis sit. necessitatem itaque non æquè in rebus natu-

naturalibus esse ostendit. esse enim aliter in ijs, quæ nullum ortum, nullumq́. interitum patiuntur, aliter in ijs, quæ & oriuntur, & occidunt, & ijs, quæ ab arte fiunt. quare non rectè fecisse veteres philosophos, qui cùm ex necessitate tantum rationem reddere consueuissent, nulla distinctione vsi sunt in ea. debet enim vox ambigua, ne contingat error, accuratè distingui. quoniam si plura significet, nos autem sine distinctione, perinde atque ambigua non sit, vti velimus, non paruus error in docendo committitur. ignorant enim, qui nos audiũt, de qua vocis ambiguæ significatione loquimur. quamobrem cùm in omnibus, tùm in primo libro de cœlo cauisse videtur hoc Aristoteles, vbi contra Platonem disputans, ortus ne sit aliquando mundus, an nullum ortus sui habuerit initium: τοῦ γενητοῦ καὶ ἀγενήτου, hoc est, geniti, & non geniti varias significationes explanat. hoc autem & hoc loco facit. nam cum necessitatis meminerit, illã duplicem ait esse, alteram absolutam, alteram, quæ ex suppositione dicitur. inesse autẽ necessitatẽ æternis, atq; immortalibus rebus absolutã sine vlla suppositione. cõuenit enim sine dubio cœlestibus corporibus, quæ circulari motione agitantur. nam si quod necessariò est, semper est (nã necessariò cùm dicas æternitatem etiam signifi-

cas) necessariò erunt, quæ cùm fiunt necessariò fiunt,& semper. si autem fieri dicimus & illa,quæ pluribus,ijsq. iteratis vicibus fiunt, hęc autem ea sunt, quæ in orbem monētur, hoc est cœlestia corpora, sequitur ex necessitate fieri & semper. dico autem ex absoluta necessitate. nam quæ suppositia est, nullũ habet in ijs locum; cùm caducorum, & mortalium corporũ propria sit. in cœlestibus igitur corporibus absolutam necessitatem esse oportet, in quibus, quod futurum est, sine conditione fore pronũciamus. nam cùm in caducis, mortalibusq. dicamus, si forma erit materia primùm substernitur: in cœlestibus dicere satis est, Autumnus est, erit igitur & hyems. nihil enim est, quod in immortalibus corporibus possit impedire quin hyems adsit. quando prius autumnus sit cùm contrà naturalia mille sint: difficultatibus obnoxia, quæ finem impediunt. rebus autem, quæ ortum, & interitum subeunt, necessitatem illã esse ait, quæ suppositia est. nũquam enim absolutè necessariò aliquid aut esse, aut fore pronunciamus. nam in ijs, quæ arte fiunt, nunquã dicimus sunt lateres, tignæ calx, erit itaque domus. imò contrà à posteriori, quod præcedit ferimus. nã si domus est, dicimus, aut si futura est, materiã ex qua fit fuisse oportet: fundamenta iacta: parietes positi,

donec

donec ad extremum deueniatur. nam cum ad finem deuentum sit, domum exædificatam dicere possumus. Sic etiam in naturalibus, non absimilem rationem ait esse. nam si homo aut erit, aut est, semen præcesserit oportet, quod cõceptus factus sit, in quo primum cor ac venæ, mox cerebrum, deinde epar, & superiores partes, postremò cætera, ac inferiores partes factę sint. sic enim cum semen extiterit, ac successione quadã hæc omnia facta sint, tandem homo erit. ĩ generabilibus igitur, artificialibusq. rebus nulla necessitas est, quæ à priori ad posterius inferatur. sed contrà a posteriori ad prius. quæ tota ex suppositione dicitur. Sed differũt naturæ res, quæ generantur, & pereunt, ab ijs, quæ artificio constant. quòd quanquam in vtrisque illud necessitatis genus est, quod suppositium appellamus, tamen in naturalibus est aliqua ratio, qua absolutam in ijs esse necessitatem fatendũ est: cùm in artificialibus nulla sit. nam cùm cœlestis motio, quemadmodum & diuina illa corpora immortalis sit, & æterna (tribuamus hoc peripateticorum dogmatis, quanquam vt falsissimum est ita & fidei nostræ non parum repugnare videtur) fit, vt quæ ab ea pendere videtur sine medio, immortalia, & ipsa sint. quo etiam modo concludendũ est, quòd vt diuina illa corpora, atque earũ

motiones absolutam, ac simplicem habent necessitatis vim ita & quæ ab ijs statim depēdēt. nam generabiles species, vt in orbem succedunt, ac cœlestem motum imitantur ęternæ sunt. in his enim materia etiam ex qua cōstāt cœlesti illa vi afficitur. neque eo sanè modo, quemadmodum in indiuiduis, singularibusq́. se habet. in his enim pluribus indiget, nempe agente proximo, ac similibus, quæ absolutè necessaria non sunt. quocirca infinitio (vt ita dicam) quædam in his est, cum pluribus ijs opus sit, quò sint. qua de re cùm eleganter disputet. Aristoteles in extremo quarto libro de Ortu
» Animalium eius verba audienda sunt. βούλε-
» ται μὲν οὖν ἡ φύσις τοῖς τούτων ἀριθμοῖς ἀριθ-
» μεῖν τὰς γενέσεις καὶ τὰς τελευτάς, οὐκ ἀκρι-
» βεῖ δὲ διὰ τὴν τῆς ὕλης ἀοριστίαν, καὶ διὰ τὸ γίνε
» σθαι πολλὰς ἀρχάς, αἳ τὰς γενέσεις τὰς κα-
» τὰ φύσιν, καὶ τὰς φθορὰς ἐμποδίζουσαι, πολ-
» λάκις αἰτίαι τῶν παρὰ φύσιν συμπιπτόντων
» εἰσί. περὶ μὲν οὖν τῆς ἔσωθεν τροφῆς τῶν ζώ-
» ων, καὶ τῆς θύραζε γενέσεως εἴρηται, καὶ χω-
» ρὶς περὶ ἑκάστου, καὶ κοινῇ περὶ πάντων. hæc
ille. & profectò, vt in vniuersum sint species, cùm hæc vis vni diuino corpori feratur accepta, nihil potest vllo modo impedire. nam si à nulla alia re dependeāt, nisi statim ab immortali, fit, vt immortales & ipsæ sint, & illud habeant

beat necessitatis genus, quod in cœlo quoque reperitur, absolutum scilicet, ac liberum. in singularibus autem, cum singulares etiam effectores sint; neque immortalitas est, neque necessitudo libera, nisi q̃ à posito posteriori ad prius consequitur. hæc omnis mortalium rerum est conditio tam earũ, quæ animam habẽt, quàm earũ, quæ anima carent. atqui artificialia, cùm omnis cœlestis corporis vis ab ijs sit aliena, nullam possunt habere rationem, qua aut aliqua ex parte immortalia sint, aut necessaria liberè sine cõditione posita. præstant igitur naturalia, quæ ortum, & interitum habent artificialibus, vt in vniuersa natura immortalia, & necessaria sunt.

ια΄.

» Ἀλλ' ὁ τρόπος τῆς ἀποδείξεως καὶ τῆς ἀ-
» νάγκης, ἕτερος ἐπί τε τῆς φυσικῆς καὶ
» τῶν θεωρητικῶν ἐπιστημῶν. εἴρηται δ' ἐν ἑτέ-
» ροις περὶ τούτων. ἡ γὰρ ἀρχή, τοῖς μέν, τὸ ὄν,
» τοῖς δέ, τὸ ἐσόμενον. ἐπεὶ γὰρ τοιόνδε ἐστὶν ἡ ὑ-
» γίεια, ἢ ὁ ἄνθρωπος, ἀνάγκη τόδε εἶναι ἢ γενέ-
» σθαι. ἀλλ' οὐκ ἐπεὶ τόδε ἐστὶν ἢ γέγονεν, ἐκεῖ-
» νο ἐξ ἀνάγκης ἐστίν, ἢ ἔσται. οὐδ' ἔστιν εἰς ἀΐδιον
» συναρτῆσαι τῆς τοιαύτης ἀποδείξεως τὴν ἀνάγ-
» κην, ὥστε εἰπεῖν, ἐπειδὴ τόδε ἐστὶν ὅτι τόδε ἐστί.
» διώρισται δὲ καὶ περὶ τούτων, ἐν ἑτέροις. καὶ
» ποίοις ὑπάρχει, καὶ * ποίαν ἀντιστρέφει. καὶ *ποῖα.

„ διά τίν αἰτίαν.

XI.

„ *Quanquam demonstrandi modus, necessitatisq. ratio in naturali doctrina diuersa, atque in scientijs speculatiuis est. dixi de his alio loco. principium enim alteris, quod est, alteris quod erit accommodatur. quòd enim talis sanitas, aut homo, hoc vel esse, vel factum iri necesse est. non quia hoc vel est, vel fuit, illud necessariò vel est vel erit. neque huiusmodi demonstrationis necessitatem ita perpetuitati annectere possumus, vt dicere liceat, hoc esse, quoniam illud est. sed de his alio loco disputatum à nobis est, & quibus in rebus id liceat, & quæ possint reciprocari, & quam ob causam.*

Comm. Quas vocat Aristoteles θεωρητικὰς ἐπιστήμας non adeò mihi certum est. nam præterquam quòd physice etiã θεωρητική est, vt ipse probauit in sexto diuinæ philosophiæ: quod ait de modo demonstrationis, qui longè alius est in ijs, quàm is, qui physicis peculiaris est, primæ philosophiæ nullo modo conuenit. Mathematicis autem doctrinis cõuenit quidem, sed quã vocat εἰς ἀΐδιον συνάρτησιν ab ijs aliena est. adde quòd à priori infertur in ijs posterius, à posteriori autem non infertur quidem prius

sed

ſed demitur. exiſtimat Michael Epheſius Ariſtotelem non afferre, quid inter phyſicem, & contemplatiuas inter ſit ſcientias in ratione demonſtrandi, ſed qua in re phyſice, & contēplatiuæ ſcientiæ ab artibus diſcrepent. Cuius opinio tam abſurda eſt, vt etiam refellere ſit ſuperuacaneum. nam neque vlla differentia eſt inter naturales res, quæ ortum, & interitum patiuntur, & artificioſas in demonſtrandi modo: & exempla, quæ affert Ariſtoteles tantum abeſt, vt differentiam oſtendant naturalium, & artificioſarum rerum, vt potius eandem conditionem in ijs inueniri planè oſtendant. Leonicus θεωρητικὰς ἐπιστήμας putat dici primam philoſophiam, & Matheſeos diſciplinas. ſed fortaſſe fallitur. primùm quòd demonſtrandi modus, quem contemplatiuis ait conuenire, ſcientijs in prima philoſophia non reperitur, deinde quòd conſequutionem illam ſempiternam demonſtrationum in Mathematicis eſſe falsò aſſerit. poſtremò quòd naturalem ſcientiam, quæ in cœleſti corpore verſatur ita confundit cum prima philoſophia, vt eandem eſſe ſtatuere videatur. ego itaque aliter ſentio. nā aut Mathematicas tantum intelligit, aut etiam eam ſcientiæ naturalis partem, quæ in diuino corpore cognoſcendo eſt occupata. neque mirum, ſi illam θεωρητικὴν appellat, non autem

hanc,

hanc, quæ in ijs quæ generãtur corporibus cernitur. nam quamquam tota naturalis ſcientia in cõtemplatione eſt poſita, tamen, quæ in cœleſti corpore verſatur, quoniam quæ à ſenſu remotiora ſunt inſpicit, magis hoc nomen mereri videtur. quin & Ariſtoteles ſecundo de Naturali Auſcultatione libro, aliã ſtatuit eſſe ſciẽtiam, quæ in mobili, ſed æterno corpore verſatur, aliam eam, quæ mobile ſed ortum, & interitum ſubiens contemplatur corpus. vt mirum non ſit, ſi grauis auctor Simplicius, mediã tractationem inter generabiles res, & diuinas mẽtes eam eſſe putarit, quæ cœleſte corpus agnoſcit. his ita poſitis Ariſtotelis ſententiam exquiramus. nam cum de neceſsitate loquutus eſſet, atque aliam eſſe dixiſſet in ſempiternis, aliam in mortalibus rebus: nam in ijs abſolutam eſſe, ac liberam, in his autem ſuppoſititiã, & cũ conditione: de modo loquitur demõſtrationis, & neceſsitatis, qui in rebus mortalibus alius eſt, atque in Mathematicis, & diuino corpore. nam cum tota mortalium rerum neceſſitas à poſteriori poſito ad prius, quod conſequitur appareant: in Mathematicis aliter fit. nam in ijs à priori infertur poſterius: à poſteriori non itidem infertur prius. in cœleſtibus autẽ, & æternis rebus & à priori infertur, quod ſequitur, & ab hoc ad illud fit conuerſio cum

neceſ-

necessitate absoluta. de Mathematicorum demonstrationis necessitate loquutus est libro secundo de Naturali Auscultatione. de æternorum corporũ necessaria in ostendendo conuersione in extremo secundo de Ortu, & interitu. quos locos innuit cum ait. ,, ἔρηται δὲ ἐν ,, ἑτέροις περὶ τούτων. dixi de his alio loco. & quoniam satis non habuit dixisse, quòd differunt mortalium, & æternarum, & Mathematicarum rerum demonstrationis modi: rationẽ etiam addit, quæ concisa, & obscura est. nam quid appellet ἀρχὴν, quid ὂν quid ἐσόμενον, non adeò facile est iudicare. quid intelligant de dictione ἀρχὴ neque Michael Ephesius explicat, neque Leonicus. τὸ ὂν autem καὶ τὸ ἐσόμενον aliter ille, aliter hic interpretatur. ait enim Michael τὸ ὂν quod est, esse naturalium demonstrationum principium, quia quando à posteriori prius inferimus: posterius illud actu iam esse intelligitur: & si nondum sit. nam si homo est, tali opus habet materia, in physicis dici. in medicina eandem rationem esse, & in Geometria. nam in illa sanitatem poni esse, si etiam nondum sit, in hac triangulum. contrà autem in artificiosis rebus, non quòd sit posterius statui, sed quòd futurum est. non enim dici. si est serra, ferrum fuerit, necesse esse: sed si erit serra, & si erit domus, in illa ferrum, in hac

lateres

lateres esse oportet. hæc ille, quæ ab eo homine profecta esse pudet me, atque etiam piget. nam si quæ physicorum, & mathematicorum sunt, ab artificiosis differunt, cur in exemplis afferendis sanitatis meminit, quæ artificiosum opus est? nam quod in cęteris artiũ operibus verum est, cur etiam in medicinæ opere nõ valebit. deinde si ĩ mathematicis à posteriori infertur prius, malè ꝑfectè fecit Aristoteles, qui in secundo de Naturali Auscultatione cõtrariam protulit sententiam. deinde quid quæso interest dicere. si erit homo, sit semen oportet, & si est homo, fuit prius semen, vt ab hac temporis varietate differentia artificiosarum rerum, & naturalium ostendatur? aut quid erroris comittitur, si dicimus: est serra fuit igitur ferrum? quasi verò superius ab Aristotele dictum non sit eandem esse naturalium rerum, quæ ęternæ non sunt, & artificiosarum conditionem: vt si dicimus, si erit domus, sint etiam lateres opus est, possimus itidem etiam dicere, si erit homo esse semen prius oportet. aut in secundo de Naturali Auscultatione, cum de eadem hac re loquatur sine discrimine, & artis, & naturæ operum non vtatur exemplis. postremò quando negat Aristoteles in artificialibus posse nos εἰς ἀΐδιον συναρτῆσαι, cur non vidit, hoc nõ modo in artificialibus esse, sed in omnibus

nibus etiam naturalibus (ęternas tantum exci pio.) Nugæ sunt hæ profectò, & sine dubio Ephesij scholijs additæ ab aliquo philosophiæ ignaro. nã illo homine indigna omninò hæc sunt. Leonicus Ephesio melius. sed etiam ille dum accipit τὸ ὂν quod est, angustè admodum pro eo, quod Platoni in Tymæo est τὸ ὄντως ὂν superstitiosè videtur facere. nam vt etiam tribuamus Aristotelem hoc in loco de vero illo, atque immutabili ente loqui, quid opus erat ĩtelligere, & res mathematicas, & cœlestia cor pora sub hoc entis nomine comprehensa? nã quanquam mathematicas res substantias existi marent Pythagorei, fortasse etiam Plato, si cre dimus Aristoteli non tamen ὄντως ὄντα dixerunt vnquam. cœlestia autem corpora tãtum abest, vt ὄντως ὄντα putarit Plato, vt genita ẽt dixerit, sed quid de corporibus loquor? nõ ne secundos illos Deos, primus omnium rerum opifex genitos appellat, dum eos apud Platonem alloquitur? sed mittamus hæc. sanè puto ἀρχὴν appellare Aristotelem, quod prius in illatione sumitur. nam si dicimus est Ver, erit igitur æstas: huiusce cosequutionis principiũ est Ver. ὂν autem, quod in actu est, & quod natura, aut tempore prius est. ἐσόμενον, quod aut actu nondum est, aut si actu est, posterius tamen est, & finis. nam in mortalibus rebus hoc

est

est principium. nam si homo est, dicimus semen fuit. aut si homo erit, semen etiã sit opus est. homo igitur ἐσόμενον hoc est futurum est, eò quod effectum est, à quo posito quod præcedit inferimus. his ita positis facilè verborum sententiam assequemur. negat Aristoteles eandem esse in cõtemplatiuis scientijs, & in physicis demonstrandi rationem. nam in ijs sumi, quod est, in hac, quod futurum est. & sanè in physica nunquam dicimus. est semen erit igitur & homo. non enim huiusce generis necessitas in mortalibus rebus inuenitur. hoc autẽ si ita diceremus, demonstrationis esset principium quod est, non quod erit, hoc est, quod pręcedit, non quod sequitur. in mathematicis autem, & in ęternis rectè dicimus, in ijs, si est rectũ, erit triãgulus æquales habens angulos duobus rectis. in his, est ver, erit igitur æstas. Cuius necessitatis principiũ est, quod est, id est, quod præcedit, contrà atque in physicis se habet. hęc cum dixerit, ostendit aliam differentiam, quæ est inter mortales res, atque eas, quæ sempiternæ sunt. qua in re animaduertendum collationem tantum fieri inter naturales res, illas æternas, has mortales. nam non erat quòd de mathematicis loqueretur, in quibus à posteriori ad prius nullam affirmanter fieri consequutionem dictum est. ait igitur. cum demonstrationis

nis

nis necesſitas poſsit fieri in æternis, quippe cũ æterna, ac immortalia ſint cœleſtia corpora, æternoq. motu cieantur, fit, vt in æternum poſſint necesſitatis oſtẽſiones fieri. ſemper enim verum eſt dicere, futurum ſolſtitium, futuram hyemem. in mortalibus rebus rem aliter ſeſe habere. quippe cum mortales ſint, nullam in ijs abſolutam neceſsitatem, aut perpetuã inueniri. de his autem omnibus ait ſe alibi loquutum, innuens fortaſſe extremum ſecundum de generatione librũ. qui locus conferendus eſt. illuſtrat enim hũc noſtrum mirum in modum. conferenda & Alexandri luculentiſsima diſputatio libro quæſtionum Naturalium tertio. Hæc dum ita commentarer anxius, admonuit vir tùm in omni diſciplinarũ genere, tum præſertim in ijs, quæ philoſophorum ſunt eruditiſſimus germanam eſſe Ariſtotelis ſententiam. vt cùm dixerit Naturalium demonſtrationum rationem aliam eſſe, atque eam, quæ in cõtemplantibus ſcientijs eſt. (Nam in ijs ſi hoc eſt, illud erit, dici, in his, ſi hoc eſt, illud fuit. non enim dici poſſe, ſi hoc eſt, aut factum eſt, illud erit neceſſariò.) Cum hoc inquam dixerit verba, quæ ſequuntur addat. οὐδ᾽ ἔςιν εἰς ἀΐδιον συναςτῆσαι &c. quaſi diceret hoc genus neceſsitatis, qua à priori infertur quod ſequitur æternum non eſſe in rebus naturalibus. multoties

enim

enim cùm quæ præcedunt ex istant, quæ sequũtur pereunt, & non oriuntur. Nã vt semel accidat post flores fructus produci, non tamen semper & æterno tempore solet necessariò cõtingere, vt cùm florescat arbor fructus ferat, aut quod proposito nostro est accõmodatius, cùm semen sit gignatur planta, aut animal. hęc itaque Aristotelis phrasis καὶ οὐκ ἔστι εἰς ἀΐδιον συναρτῆσαι vt sentit vir hic clarissimus significat ęternum non est, semper nõ est, & similia. quod volui adnotare, vt auctori suo acceptũ ferram. hæc Aristotelis sentẽtia est de modo inferendæ necessitatis in rebus, quæ ortũ, & interitum patiuntur, & in ijs, quæ neque oriuntur, neque occidunt, & in ijs, quæ mathematicorũ sunt. in qua explicandã θεωρητικὰς ταύτας ἡμᾶς ab eo vocari mathematicas, & eã physices partim, quę in cœlesti substantia cognoscenda posita est arbitrari me dixi. nam diuinam philosophiã, de qua aliquis fortasse dubitarit, excludo, eò quòd illationes in diuinis substantijs fieri absurdum mihi videtur. quippe diuinæ substantiæ nihil habent, quod ijs attribuatur, quod aut earum essentiam fugiat, aut ijs prius, posteriusve sit. omnia in ijs essentialia: coniuncta omnia: omnia eadem: si disiungantur, aut cõponantur, hoc fit humani animi infirmitate.

Δα

ιβ΄.

» ΔΕῖ δὲ μὴ λεληθέναι, καὶ πότερον προσή-
» κει λέγειν, ὥσπερ οἱ πρότερον ἐποιοῦν-
» το τὴν θεωρίαν, πῶς ἕκαστον πέφυκε γίνε-
» σθαι, μᾶλλον, ἢ πῶς ἐστι. τοῦτο γὰρ οὐ μικρόν τι
» διαφέρει ἐκείνου. ἔοικε δ᾽ ἐντεῦθεν ἀρκτέον εἶ-
» ναι. καθάπερ καὶ πρότερον εἴπομεν. ὅτι πρῶ-
» τον τὰ φαινόμενα ληπτέον περὶ ἕκαστον γένος,
» * εἶτα τὰς αἰτίας τούτων λεκτέον, καὶ περὶ γε- * ἢ θ᾽ οὗτος
» νέσεως, μᾶλλον γὰρ τοῦδε συμβαίνει. καὶ περὶ τάς.
» τὴν οἰκοδόμησιν. ἐπεὶ τοιόνδε ἐστὶ τὸ εἶδος τῆς οἰ-
» κίας, ἢ τοιόδε ἐστὶν ἡ οἰκία, ὅτι γίνεται οὕτως.
» ἡ γὰρ γένεσις ἕνεκα τῆς οὐσίας ἐστὶν, ἀλλ᾽ οὐχ
ἡ οὐσία ἕνεκα τῆς γενέσεως.

XII.

» *LAtere autem ne illud quidem oportet, an*
» *ita agendum, quemadmodum priores aucto-*
» *res, qui quomodo res, quæque fieret, quàm quo-*
» *modo essent tractare maluerunt. nõ enim inter*
» *hæc parum interest. sed enim exordiẽdum, quod*
» *iam dictum est, vt primum res persequamur, quæ*
» *quoque in genere conspectiores promptioresq́.*
» *habeantur, deinde causas reddamus, & genera-*
» *tionem. hoc enim in ædificijs etiã potius euenit.*
» *quòd enim forma ædium talis est, aut quòd tales*
» *sunt ædes, idcirco fieri ædes hunc potius in modũ*
» *censemus. generatio enim substantiæ gratia est*
» *non substantia generationis gratia.*

G Cum

Comm. QVin & naturam & numerum causarum docuisset Aristoteles, quartã quæstionem proponit, quæ ex ijs, quæ declarata sunt nõ difficilè definitur. ea autem est. an ita oporteat naturam, & affectus animantium explicare, vt prius quo pacto gigni quidque natura comparatum habeat, quoque modo fiat doceatur, an potius contrario modo. vt scilicet primò, quomodo quidque sit quæratur, deinde cur ita sit reddatur causa. alteram institutionis rationem sequuti sunt veteres philosophi, qui cum nullam ferè aliam in rerum pductione cognouissent causam præter materiam: res omnes prout materiæ conuenit, contemplabantur. putabant enim, omnem necessitatis vim in generatione esse positam, vt est etiam in secundo de Naturali Auscultatione. Cum enim nullam formá nullumq. finem cognouissent, quorum gratia tota generatio est: generationi totam necessitatem tribuebant: vt hominem talem idcirco fieri, quoniam in humano semine tali sic fieri necesse est. & sanè quemadmodum errare videbantur, quando alias præter materiam ignorabant causas; ita suas positiones rectè sequebantur in reddenda rerum naturalium ratione. reddebát enim à materia, quam solam, causam esse putabant. Cæterum Aristoteles cùm omnem

nem generationem finis causa esse probasset, finemq. esse, & principium, & rationem, & omnium causarum optimum: suas & ipse positiones sequitur, qui non putat à generatione res contemplari oportere, sed ab ipso generationis termino: terminus autem generationis res ipsa producta iam est. quare à re producta auspicandum esse necessariò, vt quomodo illa sit videatur primum, deinde cur ita sit, reddatur causa. Cum itaque dixisset latere hoc nō oportere, an ita sit agendum, vt priores auctores egerint, qui quomodo res fierent, quàm quomodo essent tractare maluerunt: hac enim nō parùm inter hos institutionis modos interesse: statuit, initium sumendum esse à rebus ipsis, vt scilicet quomodo res ipsæ sint primùm videamus: deinde cur ita sic rationem afferamus. hoc enim illud est, quod & superius demōstrabat: quæ in quoque genere sint, & appareant sumenda esse, deinde generationis quærēdam causam contrà, ac veteres facere cōsueuerunt. & sanè ita faciēdum est necessariò. cum enim materia propter formam sit: quod ratum est Aristotelicorum dogma, & efficiens causa propter formam efficere videatur, non mediocriter aberrant, qui ante formam cognitam, quæ materiæ, & efficientis sunt quærunt. non aliter, atque Astrologi, qui quærerēt, cur vrsæ quæ

in ſeptentrione ſunt nunquam occidant, cùm nunquam aut vrſas viderint, aut in rerum natura eſſe exploratum habeant. hoc autem, quod dixit exemplo artificũ declarare nititur. nam quemadmodum multis locis ſcriptũ reliquit, ars magna ex parte naturam imitatur. Architectum enim in ædificijs ita facere. (vertit autẽ Gaza ædificia τὴν οἰκοδόμησιν, cũ tamen Ariſtoteles loquatur de generatione, cui non reſpondet completum, & abſolutum ædificium ſed ædificatio ipſa) nam formam ædium prius exploratam habere, deinde cur ædes tales, aut tales ſint cauſam afferre. nam ſtulti, & inepti eſſet artificis ædificationem quærere, cùm ædes ne animo quidem cogitarit. hoc autem, quod exemplo aperuit, ratione declarat poſtea. nam ſubſtantiam eſſe generationis terminũ, & propter illam generationem eſſe, cùm illa ſit, quæ à materia tanquam bonum expetatur: non autem contrà ſubſtantiam generationis gratia. nam abſurdum eſſet, finem eorum eſſe cauſa, quæ ante finem ſunt. non enim finis eſſet. finis enim eſt τὸ οὗ ἕνεκα cuius gratia. in his autem Ariſtotelis verbis dubitari fortaſſe poſsit. an terminus generationis ſit res ipſa compoſita, an altera compoſitæ rei pars, hoc eſt forma. deinde an quod gignitur forma ſit: an potius quod ex materia, & forma conſtat. nam paulò

ante

ante indiſtinctè & nos de hac re loquebamur. dicendum autẽ, motus, & generationis terminum eſſe formã, quę nõ alia ratione παράδειγμα exemplar in ſecundo phyſicorũ dicitur, niſi quòd naturæ exemplar quodam eſt, quod cum conſequitur ab omni motione deſinit. qua ratione dixit & in primo de Ortu, & interitu. habitibus in materia præſentibus motum deſine-
" re. & in ſecundo de Naturali Auſcultatione,
" quorũ inquit motionis continuæ, aliquis mo-
" tionis ipſius eſt finis, illud vltimũ eſt, & id, cu-
" ius gratia. ſed ex Ariſtotelis verbis poſſet for-
" taſſe, aliquid obijci. ait enim ἡ γὰρ γένεσις ἕ-
" νεκα τῆς οὐσίας. vbi ſubſtantiam compoſitam
videtur innuere finem eſſe generationis. illa enim eſt, quæ re vera οὐσία dicitur. reſpondere tamen poſſumus, hoc in loco ſubſtantiæ voce non intelligere ſubſtantiam compoſitam, ſed formam. nam & ſecundo libro de Anima cũ animam Animati corporis formã probet eſſe ὅτι μὲν inquit ὡς οὐσία. & innumeris alijs locis formam ſubſtantiam nominat. ſed ſi etiam tribuamus ſubſtantiam hoc in loco pro cõpoſita accipi oportere, non difficilis eſſet reſponſio. formam enim eſſe re vera generationis terminum. ſed quoniam cum hæc educta ſit à materiæ poteſtate, compoſitum fit, hoc etiam finem eſſe, nõ quidem per ſeſe, ac primum, ſed

consequenter (vt ita dicam) & secundariò. ꝙ si obijcitur illud esse ortus,& mutationis terminum,quod ab efficiente proponitur, proponi autem compositum : respondere oportet primùm , ac per sese formam proponi , quæ ideò & cum fine conuenit, & exemplar appellatur. nō enim probo Simonis Portij viri doctissimi sententiam : secundariò autem compositum, eò quòd quādo forma sit,rem etiam esse oportet. neque placet finis distinctio,quo,& quod: vt quo forma sit finis,vt quod compositum.nā vnius mutationis vnus etiam esse debet finis, qui distinctionem admittat nullam . quod aūt de generatione quæritur, formæ ne an cōposito cōueniat,abAristotele facilè declaratur.qui septimo & duodecimo libris Metaphysicorum negat, aut materiam, aut formam generari, sed quod compositum est. illa enim esse τὰ ἔσχατα hoc est extrema, quę dici non possunt vllo pacto gigni . adnotat enim formam ideò non dici gigni eò , quod omne transmutabile ab aliquo,& ex aliquo, & ad aliquid transmutatur . illud autem à quo mutatur esse motorem: illud ex quo mutatur materiam : id quod mutatur formam . quòd si forma generaretur necessariò esse compositam,eò,quòd ex aliquo & ad aliquid mutaretur . Sic autem sequi formā habere formam . quòd cum de alijs quoque formis

mis dici posſit, infinitam fore quæſtionem. in primo etiam libro de Naturali Auſcultatione dicit Ariſtotelis ὅτι ὃ γινόμενον ἅπαν ἀεὶ συνθετον, id eſt, quòd omne, quod gignitur compoſitum eſt. quæ cum ita ſint verendum non eſt, quin hæc ſit Ariſtotelis ſententia, & rei naturæ maximè conſona. nec tamen in re alioquin perſpicua deſunt ſophiſtarum obiectiones. ſunt, qui formam gigni putant, non compoſitum, eò, quòd terminus per ſeſe generationis eſt. quod quanquam negandum non eſt, non tamen forma ideò gignitur. atque vt fateor quod ſentio videntur mihi homines formam ignorare, quid eſt. eſt enim forma perfectio, atque abſolutio materiæ, quæ imperfectũ quid eſt, & vt appellat grauis auctor Themiſtius ὁρφνία. quonam igitur modo perfectio perfici dicitur? gigni enim eſt perfici. perficitur itaque res ipſa, nõ ipſa perfectio. res enim eſt, quæ perfectionem ſuſcipit. quare ſummo iudicio dicit Simplicius in ſecundum de Anima
„ πᾶν γὰρ εἶδος τέλειον μᾶλλον δὲ τελέωσις. hoc eſt omnis enim forma perfecta eſt, magis, autẽ perfectio. nec tamen nego proprium eſſe materiæ quatenus imperfecta eſt perfectionẽ ſumere. ſed ſi perfici dicitur ideò dicitur, quia perfectæ rei pars eſt. ſed vt exemplo res declaretur. ſi figulus teſtam aliquam fracti vaſis ſu

mat, imperfectum vas, imo non vas sumpsisse sine vlla dubitatione dicitur. si super hoc vas fingat, polliat, perficiat: quidnam pollitum, quid effinctũ, quid perfectum dicimus: quod additum est testæ, testam ipsam, an totum vas? sanè totum vas: quod alioquin ex testa constat, & parte ea, quæ testæ addita est. nec nego posse dici rectè, testam perfici, sed ita dici, vt vasis totius est pars: non quòd illa perfectionem re vera sumpsit. aiunt etiam illud gigni, quod omnibus suis partibus absoluitur, formam autẽ omnibus suis partibus absolui. Sed sciendum quòd quanquam compositum, quod ad materiam pertinet, præesse videatur, tamen vt forma, & materia vnum maximè fiunt, omnibus partibus gigni dicitur. nulla enim est in composito pars, quæ non verè gignatur. qua ratione & materia gigni dicitur ab Aristotele, quatenus nouam ex se educit formam, & cum ea vnum quid effecta est. nec illud contra me est, quod dixi superius, formam esse motionis terminum, nunc autem compositum gigni affirmem. nam aliud est mox, & mutationis esse terminũ, aliud producitus & esse post motum. sed hæc longius quàm meum erat institutum.

ιγ.

" Διόπερ ἐμπεδοκλῆς οὐκ ὀρθῶς εἴρηκε λέ-
" γων, ὑπάρχειν πολλὰ τοῖς ζώοις, διὰ τὸ

συμβῆναι

συμβῆναι οὕτως ἐν τῇ γενέσει. οἷον καὶ ῥάχιν τοιαύτην ἔχειν. ὅτι στραφέντος * καταχθῆναι συνέβη. ἀγνοῶν πρῶτον μὲν ὅτι δεῖ τὸ σπέρμα τὸ συστὰν, ἔχον δύναμιν τοιαύτην ὑπάρχειν. εἶτα ὅτι τὸ ποιῆσαν πρότερον ὑπῆρχεν οὐ μόνον τῷ λόγῳ, ἀλλὰ καὶ τῷ χρόνῳ. γεννᾷ γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἄνθρωπον, ὥστε διὰ τὸ ἐκεῖνον τοιόνδε εἶναι, ἡ γένεσις συμβαίνει τοιάδε τῷδε. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν αὐτομάτως δοκούντων γίνεσθαι καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν τεχναστῶν. ἔνια γὰρ καὶ ἀπὸ ταυτομάτου γίνεται ταυτὰ τοῖς ἀπὸ τέχνης, οἷον ὑγίεια. τῶν μὲν οὖν προϋπάρχει τὸ ποιητικὸν, ὅμοιως, οἷον ἀνδριαντοποιητική, οὐ γὰρ γίνεται αὐτόματον. ἡ δὲ τέχνη, λόγος τοῦ ἔργου ἄνευ τῆς ὕλης ἐστί. καὶ τοῖς ἀπὸ τύχης ὁμοίως. ὡς γὰρ ἡ τέχνη ἔχει, οὕτω γίνεται. διὸ μάλιστα μὲν λεκτέον ὡς ἐπειδὴ τοῦτο ἦν τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι, διατοῦτο ταῦτα ἔχει. οὐ γὰρ ἐνδέχεται εἶναι ἄνευ τῶν μορίων τούτων. εἰ δὲ μὴ, ὅτι ἐγγύτατα τούτοις καὶ ἢ ὅλως ὅτι ἀδύνατον ἄλλως ἢ καλῶς γε οὕτω. ταῦτα δὲ ἕπεται. ἐπεὶ δὲ ἐστὶ τοιοῦτον τὴν γένεσιν ὡδὶ, καὶ τοιαύτην συμβαίνειν ἀναγκαῖον. διὸ γίνεται πρῶτον τῶν μορίων τόδε, εἶτα τόδε, καὶ τοιοῦτον δὴ τὸν τρόπον * ἐπὶ πάντων τῶν φύσει συνισταμένων.

* κατεαγῆναι.

* ὁμοίως.

XIII.

QVamobrem Empedocles pleraque in animalibus propterea ita cōtineri, quia ita,

eum

cum orirentur acciderit, malè ait. ut & spinam haberi talem, quòd per contortionem disiungi, frangiq. accidit: nescius, & quam semen genitale, quod constiterat, vim talem habere oportet, et quã res, quæ effecerat, prior esset non modo ratione, verũ etiã tempore. gignit etenim homo hominem. itaque ortus talis euenit specie, quoniam talis, qui gignit est. quin etiam de ijs, quæ sponte fieri videntur, pariter atque de artificiosis animaduertere licet. nonnulla enim vel sponte, eadem, quæ arte fieri possunt, ut sanitas. his igitur causa efficiẽs similis antecedat necesse est. ut ars condendarum statuarum prior statuis est: quando sponte fieri nequeunt. artem autẽ operis esse rationem omni adiunctam materia certum est. fortuitis quoque ratio similis est. ut enim ars se habet, ita existunt. Quamobrem censendum ita potissimum, ut ob eam rem membris his homo cõstet, quia hoc homini necesse est. non enim fieri potest, ut sine his membris homo sit. sin minus, proximum tamen aliud quidquam opinãdum, & vel omninò fieri aliter nõ posse, vel benè ita fieri tantum statuendum. Cum itaque talis res sit, generationem in hunc modum, talemq. euenire necesse est. quapropter membra non sine ordine oriuntur: sed primum hoc, deinde illud, atque in hunc modum omnia, quæ natura consistunt disponuntur.

Statu-

STatutum eſt rem non eſſe propter *Comm.*
generationem, ſed generationem
propter rem. nam quia talem rem
eſſe neceſſe eſt, generationem etiã
eſſe talem oportet. non eſt igitur, vt veteres
philoſophi exiſtimarunt, ac præſertim Empedocles,
quem hoc in loco non iniuria reprehendit.
qui cum materiæ, ac generationi tribueret
omnia, Animantium etiam membra cõ
formata eſſe dicebat, nõ finis, cui deſtinata ſunt
cauſa, ſed quia ita in generatione accidit. ſpinam
enim, quæ oſsium omnium origo eſt, quẽ
admodum venarum cor, vertebroſam eſſe affir
mabat, non quod ea flecti animal neceſſe eſt:
ſed quòd dum animalia gignuntur, torqueri
eam, ac frangi accidit, rectam alioquin, & ſine
vertebris. hoc enim forte fortuna contigiſſe.
eius enim hoc carmen eſt non ſemel ab Ariſto
tele recitatum.
Ὥς οὕτω συνέκυρσε θέων τότε πολλάκις δ᾽ ἄλλως. temerè ſanè prolata ſententia. nam
quæ caſu veniunt rarò accidunt, & præter naturam,
quare ſæpius cum ſpina recta naſci ani
malia contingeret. quod ſi fieret nulla in ijs eſ
ſet motio, nullus inceſſus. eſt enim vt docet in
ſecundo horum librorum ſpina oſsium origo,
à qua omnia oſſa continuata in corpus animalis
diſpeſcuntur: & à qua omnis flexio, ac contorſio

tortio principaliter fit. sed mirum non est, inquit, errasse Empedoclem. erat enim nescius, in semine cōcreto talem facultatem esse oportere, & rem, quæ effecerat priorem esse nō modo ratione, sed tempore. duo enim hæc in semine necessaria sunt. nam cum animal generet animal, & in ijs, quæ fœminam, & marem habent animalibus, semen esse necesse sit, quod velut maris instrumentum formet, ac foueat muliebre menstruum: necesse est, vt cōceptus (conceptum enim significat τὸ συςὰν σπέρμα) vim habeat, quam primum quidem acceptam à mare seruat intra se, qua fit, vt mēbra in dies fiant, & augeantur: postremoq. prodeat animal, quod ei simile sit, à quo vis illa formatrix primum profecta est. optimè igitur hoc in loco ait Aristoteles ignorasse Empedoclem vim hanc in semine necessariò contineri, quam primum à mare accepit, qui & ratione præcedat, & tempore. quòd enim præcedat tempore planum est. præterquam quòd efficientium naturam, hanc esse explicauit in duodecimo Metaphysicorum, vt effecta pręcedant tempore. sed & ratione præcedere necesse est. nam quod fit ab eo, quod præcessit formam, ac esse sumpsit. quamobrem & ratione, & tempore illo posterius est. sed hæc omnia sunt ab Aristotele explicata secūdo ferè toto libro de Ortu Animalium,

lium, à quo quæ ad hunc locum pertinent sumenda sunt. quod autem ait: itaque Ortus talis specie, quoniã talis, qui gignit est: hoc sensu est accipiendum. Nam quando ita natura cõparatum est, vt Animal Animal edat, & plantam planta, necesse est, vt ortus tali specie necessario sit, quali præditum est edendum Animal. sumit igitur necessitatem ortus à speciei natura, quæ vt in parente, ita in prole elucere debet. neque enim contrario modo accidit, vt in ortu necessitas sit, cuius ratione tale, aut tale fiat Animal. hoc autem, quod de Animalibus dixit verum etiam esse ait in ijs, quę sponte fieri videtur, pariter, atque in artificiosis. nã vt in ijs, quod gignit simile est forma ei quod fit, ita etiam in arte, ac sponte nascentibus. ꝙ enim multa sponte fiant, quemadmodum ea sunt, quæ arte fiunt sanitatis probat exemplo. quæ vt medici ope comparatur sic etiam sponte sua. plerunque enim vel minimo adiuta extrinsecus auxilio natura ipsa noxia expellit, & sanitatem corpori restituit. Cur autem sit ꝙ quæ ab arte fiunt eadem etiã aliquando sponte oriantur, rationem reddit septimo Metaphysicorum libro. nam materiam, quæ in generatione substernitur, aut talem esse, vt possit etiã per se moueri, aut minimè compotem. nam sanitatem vel minima aliquando accepta motione

tione restitui corpori, quoniá illud aptum sit, etiam si artificiosè motum sit per sese húc motum obire. cótrà vero lateres, aut intritum domum nunquam fieri, nisi à principio ad finem ab artifice ædificetur. & tamen & quæ sponte videntur fieri, & quę artificio à simili, atque cognomine efficiente produci. nam in ijs, quæ sponte fiunt satis est, si non omni ex parte, ex aliqua tamen vim effictricem præcessisse similem ei formæ, quæ fit: vt in sanitate est calor. Nam calore affectum corpus sanum fieri, sanitatem autem calorem esse. Hæc ille & verè, & ingeniosè vt omnia, quæ cum his conferenda sunt. Nam quæ hic concisè, & perobscurè, ibi latius, & apertius explanantur. sed adnotandú quæ nos *αὐτόματα* dicimus latinè spontanea, aut sponte orientia appellari: plerunque etiá fortuitò, casu've accidentia, quæ quáquam plerunque omnia idem significent: latius tamen patet spóte quàm casu fieri. vt hinc fiat, vt quę Gaza transfert sponte fieri, Bessarion & Argyropulus casu fieri dicant. sed hæc omnia idem significant in hoc, quem exponimus loco, & in Metaphysicis. quæ autem habet: artem operis esse rationem sine materia, videntur ijs aduersari, quæ secundo de Ortu Animalium habet. Nam & ibi de arte loquens principium, ac formam vocat rei, quæ fit. forma autem intimum

est

eſt rei principium, neque vnquam ſine materia. & Alexander in primo libro de Anima artem vocat, quidquid ex arte in materia fit. an nulla hic pugnantia eſt? ſed ars dupliciter ſumitur, aut vt in animo eſt, aut vt opus ab eo, quod in animo eſt profectum? nam vt in Animo eſt forma eſt ſine materia mente artificis comprehenſa. vt autem opus, in materia eſt. & altero ſenſu loquitur hoc in loco, altero in ſecundo de Ortu Animalium. ars itaque priori ſignificatione accepta operi, quod ex arte fit ſimilis ſpecie eſt. id quod in iјs etiam, quæ fortuitò fiunt, eſſe affirmat. (quæ autem ſponte fieri dicebat ſuperius, ea modo fortuita dicit, eò, quòd loco αὐτομάτου quod caſus eſt, quod etiam ſponte ſignificare diximus, ſumpſit τύχην hoc eſt fortunam) quę cùm dixerit, ſatisq. refutata Empedoclis opinio videatur: quæ vera ſit tractandi ratio, explicat. quanquam illá & paulò ante poſuerit. à forma enim rei incipiendum eſſe. vt quoniam tale quid homo eſt, neceſſe eſſe talem generationē fieri, taliaq. mēbra, quæ, fini, ac formæ hominis ſint optimè accommodata, vt quoniam rectus incedit, crura valida, & clunes habeat. nam & ſic commodè rectus incedit, & quando delaſſabitur eſt ſedendi cōpos. neque enim inquit, ſine his, aut his ſimilibus eſſe poſſet. dicit autem hoc: quia

ad fi-

ad finem, cui destinata sunt animalia, si nō eadem, quæ vni generi sunt, mēbra, & alteri sint, similia tamen esse necesse est: quando eadem sit vitæ actio. cuius rei exemplum accommodatum non est in exterioribus membris: sed in visceribus, ac intimis partibus, quibus proportione saltem plura inter se animalia conuenire oportet. demum inquit, aut necessariò talia membra esse, aut melioris notæ gratia. nam sunt ex membris Animalium, quæ necessaria sunt ad obeundam, cui destinata sunt, actionē. sunt alia, quæ quanquam necessaria non sunt, optimum tamen est esse qualia sunt. quare & in primo de Ortu Animalium quærens an testes in animali necessarij sint, distinctionem hanc ponit, melioris scilicet causam, & necessitatem. subdit autem quod sententiam optimè claudit, & quod veterum sententiam maximè infirmat. nam quoniam res talis sit, generationem talem fuisse necessariò, vti primum hoc appareat membrum, deinde illud, mox aliud, non sine ordine, ac ratione. nā quoniam cor illud est, à quo cetera mēbra & fiunt, & augentur, primum esse generatione debet, quod sequatur alia viscera ordine quodam, ac serie. post quæ superiores partes absoluantur, quæ sequantur inferiores. sed hæc ad libros de Ortu Animalium pertinent.

Οἱ μὲν

ιδ.

„ ΟΙ μὲν οὖν ἀρχαῖοι καὶ πρῶτοι φιλοσοφή-
„ σαντες περὶ φύσεως. περὶ τῆς ὑλικῆς
„ ἀρχῆς καὶ τῆς τοιαύτης αἰτίας ἐσκόπουν, τίς
„ καὶ ποία, τίς καὶ πῶς ἐκ ταύτης γίνεται τὸ ὅλον.
„ καὶ τίνος κινοῦντος. οἷον νείκους ἢ φιλίας. ἢ νοῦ,
„ ἢ τοῦ αὐτομάτου. τῆς δὲ ὑποκειμένης ὕλης, τοι-
„ άνδε τινὰ φύσιν ἐχούσης ἐξ ἀνάγκης. οἷον τοῦ
„ μὲν πυρὸς, θερμὴν. τῆς δὲ γῆς ψυχρὰν. τοῦ μὲν
„ κούφην, τῆς δὲ βαρεῖαν. οὕτω γὰρ καὶ τὸν κό-
„ σμον γεννῶσιν. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὴν τῶν ζώ-
„ ων καὶ τῶν φυτῶν γένεσιν λέγουσιν. οἷον ἐν τῷ
„ σώματι ῥέοντος μὲν τοῦ ὕδατος, κοιλίαν γενέ-
„ σθαι, καὶ πᾶσαν ὑποδοχὴν τῆς τε τροφῆς καὶ
„ τοῦ περιττώματος. τοῦ δὲ πνεύματος διαπορευ-
„ θέντος, τοὺς μυκτῆρας ἀναῤῥαγῆναι. ὁ δ᾽ ἀὴρ
„ καὶ τὸ ὕδωρ ὕλη τῶν σωμάτων ἐστίν. ἐκ τῶν
„ τοιούτων γὰρ σωμάτων, συνιστᾶσι τὴν φύσιν
πάντες.

XIIII.

„ *VEteres igitur illi, & primi naturę interpre-*
„ *tes materiale principium, ac eiusmodi cau-*
„ *sam, quænam, qualisq. esset indagarunt: & quo-*
„ *nam pacto hinc tota oriretur, & quo mouente,*
„ *vt discordia, & concordia, aut mente, aut casu,*
„ *temeritateq. spontina docuerunt: cum subiecta*
„ *materia talem quandam præ se ferre naturam*
„ *videretur, vt feruidam ignis gelidam terra, &*

„ alter leuem, altera grauem: sic enim mundum „ etiam generant. hæc eadem de ortu plantarum, „ & Animalium quoque referũt. Ventrem enim, „ aluum, omneq́. cibi, & excrementi conceptaculum ita constitisse: Cum in corpore humor laberetur, & rueret. nares ex rupto patuisse, cùm „ spiritus, siue flatus transmearet, atque dispelleret. at vero aer, & aqua non nisi corporũ materia est. naturam enim omnes ex ijs corporibus „ componunt, atque constituunt.

Comm. DOcet quæ veterum physicorum fuerit philosophandi ratio eorum occasione, quæ superius declarauit. eandem autem sententiam inueniri licet duobus locis in secundo de Naturali Auscultatione, quorum in altero dicit omnem naturę vim veteres in materia posuisse, & in ea omnis motus, mutationisq́. collocasse principium: formas autem esse affectus quosdam, ac habitus, qui facilè dilaberentur: cùm materia perpetuò maneat, quippe quæ natura sola est. in altero autem, qui nostro huic similior est vnam materiam fuisse contemplatos, atque ei omnem necessitatem tribuisse. vt quoniam calidum tale quid est, frigidum etiam tali natura præditum, res tales necessario fieri. Cum nulla alia sit causa præter efficientem, quam alij litem,

litem,& amorem,alij mentem dixerunt.sed in
quinto libro de generatione Animalium ijsdē
ferè verbis ſententiam hanc, & ſuperiorem de
„ clarauit . verba eius hæc ſunt . ὥσπερ γὰρ ἐλέ-
„ χθη κατ' ἀρχὰς ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις, οὐ διὰ τὸ
„ γίνεσθαι ἕκαστον ποιόντι, διὰ τοῦτο ποιόντι ἔ-
„ σται, ὅσα τεταγμένα, καὶ ὡρισμένα ἔργα τῆς φύ-
„ σεώς ἐστιν, ἀλλὰ μᾶλλον διὰ τὸ εἶναι τοιαδὶ γίγ-
„ νεται τοιαῦτα. τῇ γὰρ οὐσίᾳ ἡ γένεσις ἀκολου-
„ θεῖ, καὶ τῆς οὐσίας ἕνεκά ἐστιν, ἀλλ' οὐχ αὕτη τῇ
„ γενέσει. οἱ δὲ ἀρχαῖοι φισιολόγοι τοὐναντίον ᾠή-
„ θησαν, τούτου δὲ αἴτιον, ὅτι οὐχ ἑώρων πλείους
„ οὔσας τὰς αἰτίας, ἀλλὰ μόνον τὴν τῆς ὕλης, καὶ
„ τὴν τῆς κινήσεως, καὶ ταύτας ἀδιορίστως . τῆς
„ δὲ τοῦ λόγου καὶ τῆς τοῦ τέλους ἀνεπισκέπτως ἔ-
„ χον . ἔστι μὲν οὖν ἕκαστον ἕνεκά τοῦδε . ſed vt ad
noſtrum hunc redeamus, ait veteres illos, pri-
mosq. naturę interpretes materiale tantū prin
cipium,& cauſam, quænam, qualisq. eſſent in-
dagaſſe . primos autem naturæ interpretes eos
appellat , qui phyſici appellati ſunt , quorum è
numero Empedocles, Anaxagoras, Democri-
tus, Leucippus, Parmenides, Antiphon, Thales
extiterunt . materialem autem cauſam,& prin
cipiū pro eodem ſumit, vt ſui moris eſt, quod
vnum ait contemplatos veteres , & quid ſit, &
quo pacto cuncta ex eo oriantur tradidiſſe. Nā
Empedocles quatuor ſtatuebat elementa, quæ

omnium rerum commune essent principium. quæq. mundum, aut intelligibilem, aut sensibilem constituerent. intelligibilem, quem σφαῖρον appellabat, quando amor liti præstaret. sensitiuum autem, quãdo lis amorem vinceret. ex his autem Animantes stirpes, atque omnia cõstare. quod ille carminibus expressit elegantissimis, quæ cum à M. Antonio Flaminio felicius meo iudicio, quàm græcè sint, translata habeantur, non grauabor apponere.

» *Non'ne vides hanc molem, atque hæc variantia membra,*
» *Nunc illa inter sese arcto coeuntiã nexu*
» *Exercent placidam felici fœdere pacem:*
» *Sensiferi vnde vigent mortali in corpore motus.*
» *Irarum ingenti nunc tempestate coorta*
» *Incipiunt rimis agitata fatiscere, donec*
» *Dissiliant duro vitai in littore fracta.*
» *Talibus inter se vicibus voluuntur in orbem*
» *Et pecudes, & montiuagum genus omne ferarũ.*
» *Et volucres pictis trannantes aera pennis.*
» *Quæq. latent liquido Nerei sub gurgite mõstra,*
» *Veliuolæq. rates, & amantes aspera dumi.*

Anaxagoras autem communem rerum omniũ confusionem ponebat, quam πανσπερμίαν appellabat, ex quorum coniunctione, ac secretione cuncta fieri & aboleri. Democritus indiuidua corpuscula rerum omnium ponebat materiam,

riam, hæc vocabat Atomos, ex quibus & inanes omnes, quæ ſub aſpectum cadunt, ortum habuiſſe, & in eas recidere. ſed veterum opiniones infinitum eſſet recenſere. illud noſſe ſatis ſit eos materiale tātum principium aliud alios fuiſſe contemplatos, & quid ſcilicet eſſet, & quomodo ex eo cuncta fierent, videlicet appoſitione, coniunctione, mutuo concurſu, rarefactione, denſatione. quoniā autem ex materia aliquid effici minimè poteſt, niſi ſit, quod extrinſecus moueat, idcirco efficiēdi vim conſtituit litem, & amorem Empedocles, Anaxagoras mentem, caſum Democritus, & alij. nā caſu quodam in infinito volitare corpuſcula illa, ac concurſu ſuo varias rerum ſpecies producere. res autem ſic affectas produci dicebāt, quia talis eſſet natura materiæ, ex qua conſtarent. nam quoniam ignis, & leuis, & calidus, ideò quæ leuia, & calida ſunt ex eo neceſſariò fieri: poſtremò mundum ipſum ex his hac neceſsitate materierum conſtitui. nam leue ſuprema petere, ima graue, ex his autem mundum conſtitutum. non alio etiā modo in animalibus & plantis rem eſſe. Ventrem enim, & omne excrementorum conceptaculum ex humido elemento fieri, & has partes humiditate ſcatere. Nares autem, quibus ſpiramus, quæq. ſpiritus plenæ ſunt, aërium principiū habuiſſe,

aëris enim vi meatus narium affectas. quare & aëreas, & afflatu ſpiritus eſſe plenas, hæc omnia ad Empedoclem pertinent. is enim vt eſt, in ſecundo libro de Anima radices ſtirpium in terra defixas deorſum augeſcere dicebat, quòd terreſtris eſſet in radicibus materia. ſurſum autem efferri, quia hæc eſſet ignis, ex quo conſtarent natura. aqua autem, inquit, & aer materia „ ſunt. nam duo hæc, & terram, & ignem ſtatuebat Empedocles, alij autem, aut ex his vnũ, aut alia quædam corpora, quibus eam tribuebant vim, quam primis corporibus ij, qui ea prima rerum initia affirmabant. hoc enim eſt quod ait. *ἐκ τῶν τοιούτων γὰρ σωμάτων συνιστᾶσι τὴν φύσιν πάντες*. ſed illud dubitari poſſet q̃d eſt, quod in quarto libro de cœlo negat Ariſtoteles Empedoclem de leuium, aut grauium corporum natura loquutum eſſe: cum hoc in loco manifeſtò dicat, ſic illum genitum eſſe mundũ affirmaſſe, quòd terra grauis deorſum ferretur ignis ſurſum: an locus ille quarti libri de cœlo ita intelligendus eſt? non quòd nullam fecerit Empedocles grauium, ac leuium corporum mentionem, ſed quòd eorum naturam accuratè nõ explicarit, & quare aliud leue, aliud graue ſic cauſam non attulerit: quemadmodũ Plato, & Democritus, quorum ille in Tymeo leue eſſe corpus affirmat, quod ex paucioribus

conſtat:

constat: graue, quod ex pluribus. hic autẽ leue, quod plus inanis haberet, ac minus atomorum, graue, quod minus inanis, plus autem atomorum contineret.

ιε΄.

Εἰ δ' ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος καὶ τὰ ζῶα φύσει, καὶ τὰ μόρια αὐτῶν λεκτέον ἂν περὶ σαρκὸς εἴη, καὶ ὀστοῦ, καὶ αἵματος, καὶ τῶν ὁμοιομερῶν ἁπάντων. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἀνομοιομερῶν. οἷον προσώπου, χειρὸς, ποδὸς, ᾗ τοιοῦτον ἕκαστον ἐστὶν αὐτῶν, καὶ κατὰ ποίαν δύναμιν. οὐ γὰρ ἱκανὸν, τὸ ἐκ τίνων ἐστίν. οἷον πυρὸς, ἢ γῆς. ὥσπερ κἂν εἰ περὶ κλίνης ἐλέγομεν, ἢ τινος ἄλλου τῶν τοιούτων, ἐπειρώμεθα μᾶλλον ἂν διωρίζειν τὸ εἶδος αὐτῆς, ἢ τὴν ὕλην. οἷον τὸν χαλκὸν, ἢ τὸ ξύλον. εἰ δὲ μή, τήν γε τοῦ συνόλου. κλίνη γὰρ τόδε ἐν τῷδε. ἢ τόδε, τοιόνδε. ὥστε κἂν περὶ τοῦ σχήματος εἴη λεκτέον, καὶ ποῖον, τὴν ἰδέαν. ἡ γὰρ κατὰ τὴν μορφὴν φύσις κυριωτέρα τῆς ὑλικῆς φύσεως.

XV.

Quòd si homo, cæteraq. animalia, mẽbraq. eorum natura constant, dicendum profectò de carne, de osse, de sanguine, denique de omnibus tàm simili, quàm dissimili strue compactis: vt de facie, de manu, de pede, qua quodque eorum tale sit, & qua item constent facultate, siue virtute. non enim satis est eatenus tantum

» *tum uosce, quibus ex rebus compositum sit, vt*
» *igne, terra've: sed perinde agendum, vt si de le-*
» *cto, aut de quolibet alio generis eiusdem agere-*
» *tur. formam enim potius, quàm materiam eius*
» *declarare tentaremus. vt æs, aut lignu: vel si id*
» *minus totius quidem ipsius speciem non omitte-*
» *remus. lectus enim hoc in hoc est, aut hoc tale est.*

Comm. Habemus hactenus ab Aristotele traditam viam, & rationem, qua partes animalium sunt declarandæ. primùm enim earum constitutionem, ac formam sumendam esse, deinde quærenda ea, quæ materiæ sunt, animaduertit. quáobrem duobus nominibus physicos reprehendit, & quòd materiæ, & efficientię totam necessitatis vim tribuerent, & quòd præcipuam causarum omitterent duabus tantum memoratis causis materia, & effectrice. rem enim explicare oportet quid sit: hoc enim eius essentia, & ratio est: non autem ex quibus constet, aut à quo sit effecta solùm dicere. quæ cum ita sint in his verbis sub Hypothesim quid agendum, & quomodo sit agendum proponit. agendum quidem de partibus animaliū definitione explicandis quid sint. ponit autem Hypothesim quando ait si homo cæteraq. animalia, & eorū partes natura constant: neque sumit hominē,

cæteraq.

cæteraq. animalia, & eorum partes natura con ſtare, tum quòd planum eſt per ſeſe, tùm quòd millies ab eo probatum fuit. præſertim in ſecundo phyſicorum. vbi ijſdem ferè verbis φύσει μὲν inquit τά τε ζῶα καὶ τὰ μέρη αὐτῶν, &
„ alibi φύσις μὲν οὐκ ἔστιν φύσει δὲ οἷον ὁ ἄνθρωπος. ſatis igitur eſt poſuiſſe. ſi homo, cæteraq. animalia, & eorum membra natura conſtant, dicendum profectò de eorum partibus. hominem autem poſito nomine ex cunctis animalibus vnum ſtatuit quòd ille diuinitatis maximè participat, quodq. rectus incedit, quod ſummæ nobilitatis eſt argumentum. quare & in ſecundo horum librorum ab hominis membris primum explicandis exorditur. quoniam autem partes, aliæ ſunt ſimilares, aliæ diſsimilares, de vtriſque agendum eſſe ſequitur. primùm autē de ſimilaribus. ex his enim, quæ diſsimilares appellantur connexæ, ac compoſitæ ſunt. ſimilares ſunt caro, neruus, os, venæ, arteriæ, membranæ, ſanguis, & cęterę, ex quibus carnem neruum, & os ſatis fuit enumeraſſe hoc in loco. diſſimilares, quas & organicas hoc eſt inſtrumentales nominant, quæ ex ijs componuntur; vt hæ, quas in contextu ponit, & aliæ, quæ in progreſſu operis declarabuntur. agendum autem de ſimilaribus, diſsimilaribusq. partibus ita ē, vt qua tales ſunt explicemus. ſunt autem forma,

ma, formam igitur aperire oportebit, neque ſo lum formam ſed etiam facultatem, nam quem admodum ipſe dicit, cum plures actiones ſint, quibus partes animalium ſunt deſtinatæ, atque in alijs vſui ſit flexio, in alijs tenſio: nonnullis durities conferat: fit, vt diuerſæ ſint primum in ſimilaribus facultates, deinde in diſsimilari bus: vnico quidem modo in illis, ſunt enim aliæ duræ, molles aliæ, nonnullæ ſolidæ, viſcidæ etiam plures. in his autem, quoniam ex illis componuntur, & ſolidæ ſunt partes, & viſci dæ, & molles, & duræ, put vni, aut alteri actioni magis expedit. quoniam igitur à ſubſtantia proficiſcitur facultas, à qua pendet actio, non modo ſubſtātiam explicare oportet ſed etiam facultatem: in hac autem explananda, explanatur & actio. non enim (inquit) ſatis eſt eatenus membra animaliū cognoſcere aut ex quibus ſint compoſitæ, reſpondere queas, quemad modum Empedocles, & alij phyſici faciebant. ex elementis enim, aut ex atomis conſtare animalia dicebant, quid autē ſingula ſint, quid eorum partes ſusq. deq. videntur habuiſſe. nā & in artificioſis rebus, vt in lecto, aut in ſtatua explicandis non afferimus materiam vt æs, aut lignum, ſed formam potius. non enim lectū, vt Lignum eſt declaramus, ſed vt lectus eſt: eſt autem artificio, quod forma eſt. quòd ſi nō for

mam

mam ſolùm afferimus certè totum compoſitum. hoc enim eſt, quod ait τὴν γε τοῦ συνόλου hoc ẽ naturã totius, aut vt Gaza, ſpeciẽ totius. nam ſi formã lecti explicamus figuram, ac cõpactionem eſſe dicimus in ligno. ſi totum lectum lignum compactum & figuratum ita, vel ita. ſic enim declaramus τὸ συναμφότερον id eſt, quod ex vtriſque conſtat. ita autem & in naturalibus faciendum eſt, in quibus declaranda quidem ſingula ſunt declarãdis formis, ſed non ſine materia. eſt enim phyſica definitio veluti ſimi. ſubdit autem, meritò de forma pręſertim agẽdum eſſe eò quòd natura formæ potior eſt, quàm materiæ, quod cum explicat & ſecundo phyſicorum, & ſexcentis locis, alio tranſeundum eſt.

ιϛ'.

»» Εἰ μὲν οὖν τῷ σχήματι καὶ τῷ χρώματι
»» ἕκαστόν ἐστι τῶν τε ζώων καὶ τῶν μορίων,
»» ὀρθῶς ἂν Δημόκριτος λέγοι. φαίνεται γὰρ οὕ-
»» τως ὑπολαβεῖν. φησὶ γὰρ παντὶ δῆλον εἶναι, οἷον
»» ὅτι τὴν μορφήν ἐστιν ἄνθρωπος. ὡς ὄντος αὐτοῦ
»» τῷ τε σχήματι καὶ τῷ χρώματι * καίτοι καὶ ὁ * γνωρί-
»» τεθνεὼς ἔχει τὴν αὐτὴν τοῦ σχήματος μορφήν. μου.
»» ἀλλ' ὅμως οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος. ἔτι δὲ ἀδύνατον
»» εἶναι χεῖρα ὁπωσοῦν διακειμένην. οἷον χαλκῆν,
»» ἢ ξυλίνην, πλὴν ὁμωνύμως ὥσπερ τὸν γεγραμ-
»» μένον ἰατρόν. οὐ γὰρ δυνήσεται ποιεῖν τὸ ἑαυτῆς
ἔργον.

ἔργον. ὥσπερ οὐδ' αὐλοὶ λίθινοι, τὸ ἑαυτῶν ἔργον. οὐδ' ὁ γεγραμμένος ἰατρός. ὁμοίως δὲ τούτοις. οὐδὲ τῶν τοῦ τεθνεῶτος μορίων οὐδὲν ἔτι τῶν τοιούτων ἐστίν. λέγω δ' οἷον ὀφθαλμός. χείρ. λίαν οὖν ἁπλῶς εἴρηται. καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ ἂν εἰ τέκτων λέγοι περὶ χειρὸς ξυλίνης. οὕτω γὰρ καὶ οἱ φυσιολόγοι τὰς γενέσεις, καὶ τὰς αἰτίας τοῦ σχήματος λέγουσιν, ὑπὸ τίνων γὰρ ἐδημιουργήθησαν δυνάμεων. ἀλλ' ἴσως ὁ μὲν τέκτων ἐρεῖ πέλεκυν ἢ* τρύπανον. ὁ δὲ ἀέρα καὶ γῆν. πλὴν βέλτιον ὁ τέκτων. οὐ γὰρ ἱκανὸν ἔσται αὐτῷ. τὸ, τοσοῦτον εἰπεῖν. ὅτι ἐμπεσόντος τοῦ ὀργάνου, τὸ μὲν κοῖλον ἐγένετο, τὸ δὲ ἐπίπεδον. ἀλλὰ διότι τὴν πληγὴν ἐποιήσατο τοιαύτην, καὶ τίνος ἕνεκα ἐρεῖ τὴν αἰτίαν, ὅπως τοιόνδε ἢ τοιονδί, ποτὲ τὴν μορφὴν γένηται.

* σκέπαργον.

XVI.

Igitur si Animalium, membrorumq. vnumquodq. figura, coloreq. est, rectè Democritus disserit, qui ex ijs ipsis putasse animalia constare videtur. quippe qui perspicuum esse dicat, qualis forma sit homo, quasi sua ipse homo figura, coloreq. pateat. atqui mortuus homo, quanquam figuræ formam habet eandem, tamen homo non est. adhæc fieri non potest, vt manus sit quocunque modo constans, vt ænea, aut lignea, nisi æquiuocè nominis communione sicut quæ picta est, vt pote quæ suo fungi officio nequeat. quomodo nec lapideæ

„ lapideæ tibiæ ſuum aſſequi munus poſſunt, neque
„ medicus pictus artem medicinalem exercere po-
„ teſt. pari ratione membrorum quoque hominis
„ vita functi nullum id eſſe inſuper poteſt, quod e-
„ rat, cum viueret: vt oculus, manus, pes, reliqua.
„ ergo ſimplici admodum, & pingui minerua dictũ
„ hoc eſt, & perinde, quaſi faber de lignea manu lo
„ queretur. ſic enim naturæ illi exploratores or-
„ tus, & cauſas referunt figurarũ. à quibus enim
„ facultatibus condita fuerint exponunt. itaque
„ faber ſecurim fortaſſe, aut terebrum dicet: illi
„ terrã, & aerem. ſed melius faber, vt qui parùm
„ ſufficere arbitretur, ſi vſque eò dicat, quòd inſtru
„ mento incidente partim caua, partim plana ex-
„ titerunt: ſed adÿciet, quoniam talem adegerit
„ ictum, & cauſam, cur ita exponat, videlicet, vt
„ talem, aut talem formam opus acciperet.

QVoniam qui Democritum ſequebã tur obijcere poſſent Ariſtoteli formæ contemplationem nulla in re eſſe neceſſariam, cùm per ſeſe manifeſta ſit. nam neminem eſſe, qui figuram, & colorem rerum, quę ſenſus feriunt non cognoſcat: idcirco hoc in loco errorem Democriti refellit, & quàm longè fallatur oſtendit quando colorem, & figuram formam eſſe rerum exiſtimabat. ſunt enim figuræ extimæ quædam affectiones *Comm.*

effectiones, quæ ſunt à rei eſſentia penitus alie næ cum ſine ijs res haud dubiè manere poſsit. & forma illa eſt, quæ rei natura eſt, & eſſentia, quæq. ab ea nunquam ſeparari, nunquam tolli queat, quam ita hoſcitanter viderunt veteres phyſici, vt cum figuris, & extimis accidentibus eandem eſſe exiſtimarent. Nam Democritus, quem hoc in loco reprehendit colore, ac figuris res eſſe putabat, quod inquit ſi verum eſt, bene ſanè videtur ſenſiſſe Democritus, quippe qui dicit perſpicuum omnibus eſſe, qua forma ſit homo, qua quodque animal. Nā ſi animalia, & eorum membra quod ſunt figuræ, & colori acceptum ferunt, figura autem, & colores nulli non notæ ſunt, planum eſt rectè ſenſiſſe Democritum: quod ſi ita eſt à materia, & effectione res contemplari oportere. nam formā afferre ſtulti eſſet alioquin, cum planè pateat. Hanc Democriti ſententiam, quæ ijs, quæ à ſe ſtatuta ſunt videtur è diametro aduerſari, ita proponit, vt veram eſſe fateatur, ſi figura, & colore res ſunt, quod cum eſſe nullo pacto poſſit, non iniuria explodit, & eijcit. quòd enim & impoſsibile, & falſum ſit colore, & figuris res eſſe, primùm ex eo probat, quòd ſi hoc verū eſſet, homo mortuus eſſet re vera homo. ijs enim lineamentis, ijſq. propè cutis coloribus eſt præditus, quibus viuus. quod cùm falſum mani-

manifeſtò ſit, planum eſt, neque vllum hominem, neque vllum animal quòd ſunt à coloribus, aut a figuris habere. nã nemo eſt adeò mẽtis inops, qui eadem forma conſtare dicat hominẽ, qui viuit, & eum, qui iam vita exutus eſt. Cum enim forma hominis qua eſt, vita ſit, qui ea priuatus eſt, non video quomodo homo ſit, quod docet in ſecundo de Anima appoſitiſsimo rei artificialis exemplo. Nam ſecuris eſſe ſi conſtaret anima, quando ea priuata ſit, ſecuris amplius niſi homonymè dici nequit. & ſecũdo de Ortu Animalium faciem negat eſſe, aut carnem quæ anima careat, quòd ſi dicatur, dici homonymè. hæc vna eſt ratio, quam & aliorũ locorum collatione, & ratione ipſa facilè perſuademur. ſequitur altera, quæ talis eſt. fieri enim nullo pacto poſſe, vt manus ſit, quæcũque modo ſit affecta. nam eadem figura & manum ligneã, & aeream, & pictam eſſe præditas, atq. ea eſt, quam habet animata, viuaq. manus: tamen illas nõ eſſe manus niſi homonymè: quandoquidem nomine cũ vera manu conueniunt, ratione, & definitione maximè diſcrepant. Nã ſi forma, ac definitione conſtarent eadem, dubium non eſſe, quin à lignea, atque aerea manu proficiſci poſſent actiones, quæ veræ manus propriæ ſiut. nam quando actiones eædem prodirent, negari non poſſet, quin eadem conſtarent

ſtare nt eſſentia. ab eſſentia enim manant actiones, atqui nō prodire eaſdem actiones ait: quare manus appellari homonymè quemadmodū & tibias, & medicū, illas lapideas, hūc depictū. nā neque illas ſonū emittere, quod tibiarū eſt propriū, neque hunc ex arte mederi, quod medici officium eſt. qua ratione neque partes animalis mortui, vt oculum, aut manum verè tales eſſe, quales viuæ ſunt. nam cum ijs actionibus, quas viuæ peragunt ſint deſtitutæ forma etiá viuæ manus, aut oculi deſtitutas eſſe oportere. vita enim & oculus, & manus ſunt. quæ cū ita ſint ſimplici ac pingui minerua docuiſſe Democritum, ac veteres phyſicos confirmat. & quemadmodum ſi de lignea manu loquatur faber lignarius omiſſa forma, & artificio, à ligni compactione, & fabrica productas eſſe figuras dicat: ſic veteres illos phyſicos feciſſe, qui ortus, & cauſas figurarum explanabant, & à quibus facultatibus conditæ fuerint. nam cū materiæ, & effectrici cauſæ quæcunque illa ſit omnia tribuerent, ab ijs neceſſariò varias fieri rerum figuras oſtendebant. Quemadmodum Lucretius Democritum, & veteres illos imitatus colorum, & figurarum varietatem ad prima illa indiuidua refert corpuſcula, cuius verſus elegantiſsimi ex ſecundo libro ſunt hi.

» *Nūc age iam deinceps cunctarū exordia rerum*

Qualia

» *Qualia sint, & quàm longè distantia formis.*
» *Percipe: multigenis quàm sint variata figuris.*
» *Non quod multa parū simili sint prædita forma,*
» *Sed quia nō vulgo paria omnibus omnia cōstant.*
» *Nec mirum. Nam cum sit eorum copia tanta,*
» *Vt neque finis vti docui, neque summa sit vlla*
» *Debent nimirum non omnibus omnia prorsum*
» *Esse pari filo, similiq. affecta figura.*

hoc erat igitur veterum in rebus docendis institutum, quod cum ineptum esse ostenderit vel exemplo fabri allato, qui manum ligneam, vt lignum est, hoc vel illo instrumento sectum consideret: addit, melius fortasse facere fabrum, qui quanquam instrumenta dicat, quibus lignea manus fabrefacta est, hoc est aut securim, aut vertebram, tamen satis hoc non esse opinatur: vt quoniam ictus securis ita tulit cauam manum effictam dicat, aut planam, sed addit etiam causam, qua malleus, aut securis ad talem ictum ducitur. hæc autem forma est, quæ, vt finis ab artifice cogitatione comprehensa in causa est, vt ita securi percutiat, quo demū aut cauum, aut planum opus efficiat. sed de hac veterum cōtemplandi, atque docendi ratione satis fore iudico, quæ hactenus explicandis Aristotelis verbis attuli. quod verò in contextu Gaza, transfert

I

» fert igitur si Animaliũ. melius verti posse censeo, ac si, aut quod si Animalium. valet enim in latina oratione, ac si, quod in græca *εἰ μὲν οὖν* quemadmodum *εἰ μὲν δὴ* atqui. præterea cum nihil hoc in loco concludat Aristoteles, sed aliud quid recẽs afferat, malè profectò dicemus latinè, si initio orationis ponamus igitur. qđ autem conuertit itaque faber, Aristoteles habet *ἄλλως* sed fortè, quod magis conuenit. est enim quasi superioris exempli correctio.

ιζ.

» Δῆλον τοίνυν ὅτι οὐκ ὀρθῶς λέγουσι. καὶ
» ὅτι λεκτέον ὡς τοιοῦτον τὸ ζῶον. καὶ περὶ
» ἐκείνου. καὶ τί καὶ ποῖόν τι. καὶ τῶν μορίων ἕ-
» καστον. ὥσπερ καὶ περὶ τοῦ εἴδους τῆς κλίνης.

XVII.

» *Constat igitur non rectè illos disseruisse, at-*
» *que Animal tale esse dicere oportere, &*
» *quid, qualeq́. tum id ipsum tum etiam membrum*
» *vnumquodque explicare oportere. quomodo de*
» *forma lecti docendum est.*

Comm. Concludit quod & superius statutũ est errasse veteres in naturæ contemplatione, cùm materiam solã agnouissent, cùm forma ea sit, quę materia est lõgè præstátior, à qua habet hæc, vt & natura sit, & vocetur. & ponit quod etiam paulò

paulò ante. nam physico explanandū esse animal quomodo se habeat, quid, qualé've sit, ac eius formam summo studio declarandam, cui tribuēda sunt omnia, quippe quam & efficiēs, & materia expetāt: & eius causa patiatur hæc, agat illud. duo autem cōstare ait, & quòd physici falsi sunt, & quòd dicendum vero physico ὡς τοιοῦτον τὸ ζῶον quod tale animal sit. hoc autem mea sententia non tam ad formam pertinet, quàm ad compositum, quod in sensus cadit, quodq. superius φαινόμενον appellauit. Videre enim sensibus prius necesse est compositionem, conformationem, magnitudinem, numerum partium, atque alia accidentia animalis, vt ortus, pariendiq. tempora, ac huiusmodi alia: deinde causas explorare. oritur enim nostra quæstio ab ijs, quæ prius sensu pcepimus, quod à diuino viro in his de Animalium & ortu & partibus libris videmus accurate seruatū.

„ Videndum etiam quid, qualeq. tum ipsum ani-

„ mal sit, tum etiam membrum vnumquodque

quę verba ad formā referuntur, & ad differentias, quæ specificæ dicūntur. in contemplādis enim animalibus singulorum formæ spectandæ animo, queq. conueniant inter se, quæ discrepent, iudicandum. sic enim optime cuiusque comprehenditur essentia, quam physicus præsertim debet inspicere, non secus, atque faber

ber lignarius solet agere, qui in explicando lecto formam tuetur, & artificium, non lignum, ex quo confecit lectum.

ιή.

» Εἰ δὴ τοῦτό ἐστι ψυχή, ἢ ψυχῆς μέρος, ἢ μὴ
» ἄνευ ψυχῆς. ἀπελθούσης γοῦν, οὐκέτι
» ζῶόν ἐστιν. οὐδὲ τῶν μορίων οὐδὲν τὸ αὐτὸ λέ-
» πεται, πλὴν τῷ σχήματι μόνον καθάπερ τὰ μυ-
» θευόμενα λιθοῦσθαι. εἰ δὴ ταῦτα οὕτως τοῦ φυ-
» σικοῦ περὶ ψυχῆς ἂν εἴη λέγειν καὶ εἰδέναι. καὶ
» εἰ μὴ πάσης καθ' αὐτὸ τοῦτο, καθ' ὃ τοιοῦτον τὸ
» ζῶον, καὶ τί ἐστιν ἡ ψυχή, ἢ αὐτὸ τοῦτο τὸ μό-
» ριον, καὶ περὶ τῶν συμβεβηκότων κατὰ τὴν
τοιαύτην αὐτῆς οὐσίαν.

XVIII.

Ergo si animal vel anima, vel pars animæ,
» *vel non sine anima est: quã primum enim*
» *à corpore anima discessit animal esse desinit, ne-*
» *que membrum vllum, nisi figuræ suæ ratione idẽ*
» *relinquitur modo eorum, quæ fabulæ transisse in*
» *lapidem narrant. si hæc inquam ita statui debẽt,*
» *hominis naturæ studiosi sanè interest de anima, et*
» *disserere, & scire. & si non de omni anima, ta-*
» *men de ea ipsa, qua tale animal est. & quidnam*
» *anima, aut certè pars ista animæ sit, atque etiam*
» *de ijs, quæ tali eius substantiæ accidunt.*

Hæc

HAec ita vertit Theodorus, cuius mihi translatio minimè probatur, primùm quòd Aristoteles dictione τοῦτο non animal, sed τὸ εἶδος intelligit, hoc est formam, cuius superius habita est mentio. deinde quòd animal ex peripateticorum sentētia anima non est, sed corpus, & anima. vtcunque sit, propositum eius est hoc in loco explanare, quod superius dictum est. dictum autem est à physico non modo materiā, sed etiam formam considerari oportere, imo hanc longè magis cùm illa huius gratia sit: atq. in Animalium natura declaranda formam afferri præcipuè. hæc autem quæ sit hoc in loco aperit. esse enim animam, aut animæ partē ait. ambiguè autem loquitur eo quòd paulò inferius rem planius est demonstraturus. demonstrabit enim non de omni anima physicū loqui oportere, sed de ea, q̄ motionis est principium, & naturæ nomine nuncupatur. hoc autem loco satis habuit formam animalium, aut omnem animam pronunciare, aut animæ partem, aut non sine anima: ex his autem quid illud sit, quod appellat non sine anima, dubitari fortasse posset. nam absurda videtur me herclè loquutio: forma Animaliū est non sine Anima. id enim de Animali quidem dici potest, de anima haudquaquam, quod fortè dum locū Comm.

verteret Theodorus animaduertit, quare non, hæc, vertit, vt forma intelligeretur, sed ex ingenio Animal posuit. an Aristoteles confusim hic loquitur, & satis habet physicum contemplari formam animalium quocũque vocemus nomine: an quòd vt posterius concluditur non de omni Anima physicus agit, sed de illa tantum, quæ & augendi, & sentiendi vim cõtinet, quæ quoniã animæ nomine à plerisque dignata non est, cùm mens, & altrior animæ pars à platonicis re vera anima iudicata sit: cum locus quæstionis nõ esset, satis habuit hoc etiam platonicis vsitato appellare nomine? quod autem anima vel animæ pars forma inseparabilis animalium sit, & in secundo de Anima copiosè declarauit, & hoc loco optima ratione demõstrat interiectis quibusdam verbis. Nam si quàm primum exit anima Animal esse desinit, & quidquid est sua forma est, & ab ea denominatur, perspicuùm est, quòd si animal abeunte anima esse desinit, ab ea habebat, vt esset, à quo autem res habet vt sit, forma est, Anima igitur forma est. hæc tota ratio est, quã & secundo libro de Anima posuit, quam ego necessariam, esse & summã demonstrãdi vim habere iudico. an autem de Anima solum alendi, ac sentiendi, facultatibus hæc probatio sit, an etiã de vi intelligendi, locus non est discutere. sunt enim,

enim, qui de Aristotelis sententia intellectum
separabilem existimant, & extrinsecus adueniē
tem. nō desunt etiam, qui Animæ mortali in-
situm ostendunt, atque eius aptitudinem ante-
quàm intelligat nudam, cuius dogmatis auctor
est Alexander præcipuè, cuius ego sequor sen-
tentiam, cùm alioquin si verum inspicimus fal
sissima sit, & christianis omnibus explodenda.
sed nunc Aristotelis mētem explicamus, à qua
quando opus est facilè recedimus. qui cū ostē
disset Animalium formam, aut omnem animā
esse, aut partem animæ, aut saltem nō sine ani
ma, rursum sumit, quod superius posita condi-
tione dixit. nam si hæc inquit ita statui debent
hoc est animalium formam esse animam: homi
nis naturæ studiosi interest, si non de omni ani
ma differere, de parte saltem, quæ dicta Hypo-
thesi prolata possunt categoricè sic cōstrui. for
ma animalium est physico contemplanda. Ani
ma aut omnis, aut pars aliqua est forma anima
lium. Anima igitur est physico contemplan-
da si non inquam omnis, ea saltem, qua ani-
mal est. Nam vegetali anima ζῆν dicitur ani-
mal sensitiua ζῷον est, quemadmodum innu-
meris ferè locis ostendit: sed præsertim initio
libelli de longitudine, & breuitate vitæ, & secū
do & quinto de ortu animalium. si igitur sen-
sitiua animæ vi animal est, hāc saltem esse phy-

fico declarandam oftendit. fi ille de omni non agit anima. & ea, quæ fecundum eius fubftantiam accidunt. hæc enim illa funt, quæ & initio primi libri de Anima ijfdem penè verbis propofuit fe oftenfurum. quæ autem accidunt fecundum eius effentiam funt, vt dolor, & voluptas, fenfus, phātafia, & huiufmodi alia, quæ animæ quidem propria non funt, fed communia cùm corpore, imo corpori accidentia fecundum animæ effentiā. nam ab anima fluunt, quæ forma corporis animati eft. Nam funt, & quæ corpori non communicantur, vt intellectus. nifi fortè ob phantafiam intellectum ē corpore indigere putandum eft. Hæc tota Ariftotelis fententia. quæ cum maximè ambigua fit, non iniuria viri doctifsimi in ea explicāda plurimum operæ pofuerunt. Nam qui immortalem effe animam putant ex Ariftotele colligere hoc loco maximè fuam fententiam tutati funt. contrà etiam qui mortalem animam ex dogmatis philofophi colligi cenfuerunt locū hunc explicarunt variè, ita tamen vt omnes nihil hinc colligi poffe concluderent, quod ad animæ immortalitatem adftruendam pertineret. vt mihi in tot virorum clarifsimorum diffenfionibus quiefcendum effe omninò videatur, nifi hoc interprete indignum fit, qui quoad eius fieri pofsit, mentē auctoris aperire, & quæ

dubi-

dubitationem faciunt debet euellere. solet au tem quæri de qua anima loquatur hoc loco philosophus, dum ait si non de omni anima, at secundum ipsam, secundum quã animal est. sunt, qui de anima animaliũ loqui illum existimãt, cùm de alia anima nulla hic inciderit mentio. non desunt, qui in ijs verbis confusim loqui putant, tàm de anima, qua animalia sunt prædita, quàm de ea, qua extrinsecus aduenient e intelligunt homines. ea autem est intellectus agẽs. qui cũ summæ sit intelligibilis, & ab omni corporis labe seiunctus, in causa est, vt humanus intellectus intelligat, & res sub intelligentiam cadant. Horum ego interpretationem verbis Aristotelis malè accõmodari posse video: quẽ nulla hic de causa intellectus agentis meminis se oportuit. verba enim clara sunt, vt ab ijs nõ difficilè eliciatur de Anima animalium loqui, quæ cùm in plures partes sit tributa, de aliquibus physici differere officium est. at confusim aiunt loquitur, & cur confusim? cur à membris animalium ad diuinam mentem transgreditur?
„ ad hæc quando superius dictum est. Si forma animaliũ anima. Si Anima in cõfuso sumitur, vt ad diuinam, & humanam pertinet, probatio, quæ sequitur tàm ad diuinam, quàm ad humanam animam pertinebit. quàm primùm enim è corpore discedit anima, animal esse desinere.

quod

quod perabsurdum esse iudico. Nā homo sua ipsius anima est, non autem à diuina sine medio habet vt sit. sed quoniam dici posset intellectum etiam agentem sub anima animalium comprehendi, quamobrem Aristotelem quidē dicere physici officium esse animam animaliū, aut omnem, aut eius partem cognoscere, sed eam in vniuersum accipi. primùm hoc vt paulò post probabo absurdum est. deinde nō erat, cur hoc diceret. nam quoniam incertum erat an omnis anima character, & forma sit corporis animati, & proinde natura: cùm à Platone traditum sit, mentem separabilem, & æternam esse: cùm Aristoteles probare vellet formā animalium à physico pertractari oportere, satis habuit dicere, quæcunque illa sit, seu omnis anima, seu pars animæ, seu non sine anima, vt Plato voluit, quouis modo cognoscere illam physico opus est. profectò vt ita locum interpretarentur viri doctissimi in causa fuisse iudico, quòd aliter positiones Aristotelis de Animæ mortalitate tutari se non posse cognouerint. sed si positiones illas sequi possumus, & verba hæc non distorquere satius futurum opinor. puto enim & ego Aristotelem intellectum nostrum, qui δυνάμει dicitur hoc est potestate, mortalem existimasse, quippe qui cum oriatur è materiæ potestate occidere etiā necessariò debet,

deceptum

deceptum ſanè quàm maximè. ſed in Ethnico homine,& illo, qui naturam rerum diuino lumine vacuus perquirebat nõ adeò mirum hoc eſt. quod ita poſitum ſit. probare enim in prę ſentia non eſt operæprecium. quo autem modo fieri queat,vt phyſicus loqui nequeat de omni humana anima, & intellectus limites naturę egredi videatur,explicabo paulò inferius, vbi commodior locus eſt.

ιθ.

» Ἄλλως τε καὶ τῆς φύσεως διχῶς λεγομέ-
» νης καὶ οὔσης, τῆς μὲν ὕλης, τῆς δὲ ὡς οὐ-
» σίας. (καὶ ἔστιν αὐτὴ καὶ ὡς κινοῦσα καὶ ὡς τὸ τέ-
» λος.) τοιοῦτον δὲ τοῦ ζώου ἤτοι πᾶσα ἡ ψυχή, ἢ
» μέρος τι αὐτῆς. ὥστε καὶ οὕτω λεκτέον ἂν εἴη
» τῷ περὶ φύσεως θεωρητικῷ περὶ ψυχῆς μᾶλ-
» λον, ἢ τῆς ὕλης. ὅσω μᾶλλον ἡ ὕλη δι' ἐκείνην φύ-
» σις ἐστὶν ἢ ἀνάπαλιν. καὶ γὰρ κλίνη καὶ τρίπους
» τὸ ξύλον ἐστὶν, ὅτι δυνάμει ταῦτά ἐστιν.

XIX.

» *Præſertim cum biſariam naturam intelliga-*
» *mus,vt altera pro materia ſit altera pro ſub*
» *ſtantia, quæ quidem & vt mouens, & finis eſt,ta-*
» *liſq. animaliũ anima vel omnis vel pars aliqua*
» *eius ſit. nam ob eam etiam rem, qui de natura*
» *agit eò amplius docere de anima,quàm de mate-*
» *ria debet,quo materia natura potius per animã,*
» *quàm è contrario eſt. Lignum enim, & lectus,*

&

„ *& tripes propterea est quia idē potentia illa est.*

Comm. QVod superius dixit hoc etiam in loco probat. physici enim de forma magis officiū esse disserere, quàm de materia, cùm illa rei natura, & perfectio sit. hanc autem animā esse. quare hác contemplari oportere illum, qui rerum naturá inuestigat. Cæterū quod Gaza transfert: præsertim cū bifariam naturam intelligamus. Aristoteles ait ἄλλως τε τῆς φύσεως διχῶς λεγομένης καὶ οὔσης hoc est verbum è verbo cū præsertim natura bifariam & dicatur, & sit. Natura autem cum multipliciter dicatur, quemadmodum & secundo physicorū ostendit, & quinto libro Metaphysicorum, precipuè tamen materiam significat, ex qua res est, & formam, qua res est, & constat: imo formam præcipuè. ab hac enim & materia naturæ nomen sortita est. Nam cum natura præcipuè motus initium, & quietis sit, cùm à forma omnis motus proficiscatur, dubium non est, quin ea præcipuè natura sit. Sed cur mouētem appellet formā, Ephesius, quem Leonicus sequitur, rationem reddit, quòd materiam ad sese trahat, ac moueat. est enim expetenda, & pulchra res. cuius mehercle interpretatio vera non est. nam si vt in cōfesso apud omnes est finis ideò in causarum numerum

merum relatus est, quòd licet non sit, mouet tamen materiam ad sui indeptionem: & causa dicitur non quòd generationem terminet, sed quòd eius pænè causa sit: nō video, cur hoc loco formam vocet Aristoteles mouentem, eò quòd à materia expetatur. hæc enim ratio ad finem spectat. deinde si hac de causa mouentem appellauit formam, addere sanè non debebat, illam etiam finem esse. nam quia materiā mouet finis est. postremò motus ille, qui à fine proficiscitur verè motus non est, sed metaphora dictus, vt in primo de Ortu, & interitu adnotauit. quæ cum ita sint formam existimo idcirco mouentem appellari, quòd motionis est principium. nam si natura motionis per sese initium est, & forma natura est, erit profectò & motionis initium. an etiam ad animam respexit, quæ vt secundo de Anima dictum est in triplici genere causa est? quamobrem etiam
subdit talem esse Animalium animam vel om- “
nem, vel partem. nam formam animaliū aut omnem animam, aut partem esse ambiguus et suprà protulit. postquam autem dixit dupliciter naturam accipi: nam eius nomine & materiam, & formam accipi: & aut omnem animā,
aut eius partem naturam, & formam esse cōclu- “
sit: infert, quod etiam superius, oportere officiu “
esse de forma loqui, & magis sanè de forma, eò “

quod

quod materia à forma habet, vt natura sit. Nam quoniam materia potestate formam continet, & forma natura est, materia etiam natura dicitur. id quod appositissimo docet rei artificialis exemplo. Lignum enim, quod materia est, & artificio substernitur lectum, aut abacum dici, quòd potestate lectus, aut abacus est. Lecto autem, aut abaco forma respondet, quæ cum natura sit facit, vt materia, quæ ipsam potestate continet naturæ nomine dignetur. eandem autem sententiam ijsdem etiam ferè verbis & secundo de Naturali Auscultatione protulit, & secundo de prima philosophia. sed quod diffusius explicauimus paucioribus verbis colligatur. Natura & de materia dicitur, & de forma, sed de forma magis. vtranque physicus contẽplatur, sed formã magis. Anima forma est animalium. Animam igitur physicus contemplatur, animam inquã aut totam, aut partem. sed
„ in contextu quod Gaza vertit. Nam ob eam etiam rem: verbis fideliter nõ respondet. Verbum autem è verbo sic est. Quamobrem qui de natura agit.

κ'.

„ Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, εἰς τὸ νῦν λεχθὲν ἀπο-
„ βλέψας. πότερον περὶ πάσης ψυχῆς
„ τῆς φυσικῆς ἐστὶ τὸ εἰπεῖν, ἢ περί τινος.

Sed

XX.

„ *SEd quærit quiſpiã animaduertens ad id, quod*
„ *modo dixi. vtrum de anima omni naturalis*
„ *ſcientiæ interſit, an de aliqua vna.*

HAec illa eſt Ariſtotelis dubitatio, quę multorum torſit ingenia. Nã quemadmodum etiam paulò ante dicebam non deſunt, qui ad omnem, quæ in rerum vniuerſitate eſt, animã, verba diſtorqueant. ſunt etiam, qui de anima animalium propoſitam eſſe cenſeant. illi vt Ariſtotelis placita de Animæ mortalitate ſeruēt. hi vt immortalem animam eſſe ab eo vel inuito extorqueant. mihi placet illorum ſententia imo etiam inſtitutum, qui præceptorem ſerua re contendunt: ſententia de animæ mortalita te omninò diſplicet ĩ Ariſtotelis dogmatis interpretandis. ſed mētem auctoris intueamur. qui cùm formã in animalibus explicandis con templari phyſicum oportere dixerit: hanc autem animam eſſe aut totam aut partem ſumpſerit, concluſit animam, aut omnem, aut eius partem à phyſico conſiderari. hanc huiuſce loci concluſionem quoniam ambiguus protulit, operæprecium erat explicare. Nam ſi quæ hoc in loco ſunt ad παιδείαν pertinent, cuius officium eſt & iudicare, & regulas tradere tractan *Comm.*

darum

darum ſcientiarum, malè profectò feciſſet, ſi quod ambiguè protulit, non explicaſſet. protulit autem ambiguus omnem Animã, aut eius partem à phyſico pertractari: non quidem animam etiam illam intelligens, quæ diuina eſt, & immortalis, ſed animalium tantum, brutorũ inquam, & hominis. & quoniam hominis anima, quemadmodum in ſecundo & quarto libris huius operis dicit, diuinum quid habere videtur, idcirco nondum affirmare audebat, totane anima hominis tractetur à phyſico, an eius pars, hoc eſt ſentiendi vis, quę & hominem animal facit, & cætera rationis extertia. quando igitur ait dubitare aliquem poſſe ſi ea, quæ ſuperius dicta ſunt, animaduertat, ea intelligit, quæ paulò ante dixit ambiguus: phyſico formam animalium eſſe cognoſcendam, ſiue illa omnis anima ſit ſiue pars. & quoniam ab eo loco tota huiuſce dubitationis pendet intelligentia videndum eſt, quid ibi ſibi velit. & ſanè quòd de forma loquatur animalium planũ eſt. an autem cum dicat formam hanc, aut omnẽ animam eſſe, aut partem, de Anima in vniuerſum loquatur, vt intellectum etiam, qui actu dicitur, & diuinus eſt comprehendat, dubium eſt. verùm vt res explicetur planius, in ijs verbis tria videnda ſunt. Nam aut conſtare oportet diuinum intellectum, & qui in actu dicitur,

animam

animam animalium,& formam esse: si in vniuerso animæ nomine comprehenditur: aut cõtrà manifestum esse,nullo modo animam animalium diuinam illam mentem aut esse, aut dici oportere. aut vtrumque dubium esse. Si constat intellectum in actu animam animaliũ esse:potest quidem in vniuersum dictio illa πᾶσα ψυχὴ à quouis accipi. imo etiam quãdo ait εἴδη τοῦτο ἐστὶ ψυχὴ, de omni anima in vniuersum loqui illum putandum est. Sed vnde queso constat hoc? an demonstrauit vnquam Plato? an docuerunt Pythagoræi?an vulgus ita putat, vt animæ nomine diuinam etiam intelligẽtiam accipiat? neutiquam sanè.Nam quãquam de anima mundi loquutus Plato fuerit, multũ tamen inter illam,& hũc, de quo loquimur intellectum interest. neque ipse docuit Aristoteles. Nam & hi libri ante libros de anima collocãtur. & in ijs libris ita de hoc pauca,& obscura dixit,vt quid non dixerit, quam quid dixerit facilius sit omninò dicere. (Nam de vulgi communi sententia quid attinet dicere?) non potuit igitur quando de anima animaliũ loquebatur, intellectum etiam in actu comprehendere. Cæterum si dubium est, cur hic pro certo proponit, dum ait εἴδη τοῦτο ἐστὶ ψυχή? Nam si quis dicat incertum esse,an forma animalium sit, & illud etiam tanquam incertum

proponi, fateor sanè: sed si quis concedit de animalium anima loqui, sed eam in vniuersum accipere, dubium nō est, quin pro certo sumat animam: animalium esse omnem simpliciter animam: pro dubio autem ponat, sit ne omnis anima forma, an pars aliqua. eodem modo si dicatur incertum omninò esse, intellectum in actu animum animalium esse aut dici oportere, error maximus deprehēditur eorum, qui in his verbis contineri illum arbitrantur. quæ cū ita sint de anima animalium re vera, quæ ab omnibus tàm philosophis, quàm etiam communibus hominibus, & censetur, & appellatur, loqui Aristotelem fatendum est. si igitur de illa loquitur quādo illam aut omnem, aut eius partem formam esse dubius pronunciat, nō video qua ratione dum dubitationem proponit, non modo animam animalium, sed & agentem intellectum comprehendit. Quòd si quis eorum verborum occasione quærere opinatur Aristotelem, an de omni anima, siue illa animalium, siue cœlestium corporum sit, posit physicus ex officio suo disserere, error facilè conuincitur meo iudicio. Nam primum esset dubitatio extra rem à partibus animalium ad diuinas animas prosilire. deinde certum nō est, an intellectus diuini animæ sint cœlestium corporum. mox etiam si cōstaret, nunquam anima si simpliciter

pliciter proferatur de cœlestium corporũ anima potest intelligi. Nam si quando animã vocat Aristoteles, vt secũdo libro de cœlo, appellat ideò, quòd cœlestium corporum, quorum est anima, paulò ante meminerit. postremò ab eo, quod in probationibus confirmatur, quod quæritur facilè potest intelligi. probatur autẽ in naturali tractatione contineri omnes animæ parteis excepta mente, quam & διάνοιαν appellat. constat autem, quòd si quæstio de cœlesti etiam esset anima, aut eam à naturali philosophia exclusisset, quemadmodum & intellectum humanum, aut si à physico tractandã esse censuisset, cum alijs humanæ animæ partibus enumerasset. hæc autem Aristotelis probatio non ijs modo aduersatur, qui tam de anima animalium, quàm de alia quauis anima positam quæstionem arbitrantur: verùm etiam ijs, qui de anima quidem animalium dubitationẽ esse putant, sed in ea, & intellectum in actu cõprehendi arbitrantur. Hæc cum ita sint, demõstratum esse opinor, in vniuersum non loqui Aristotelem de anima, sed de anima tantum animalium ea ratione, qua ostensum est: sed his omissis ad Aristotelẽ veniamus. qui cùm paulò ante concluserit physicum aut omnem animam pertractare, aut eius partem, quæstionem proponit, quæ posset sibi alioquin obijci. Nam

quæ inquit superius dicta sunt animaduertens aliquis in physicis tractationibus aut omnem animam, aut partem eius contineri quæret veram huiusce rei declarationem. hanc cum posuerit quæstionem in ijs, quę sequuntur elegantissimè determinat.

κα´.

» Εἰ γὰρ περὶ πάσης, οὐδεμία λείπεται πα-
» ρὰ τὴν φυσικὴν ἐπιστήμην φιλοσοφία. ὁ γὰρ
» νοῦς, τῶν νοητῶν. ὥστε περὶ πάντων, ἡ φυ-
» σικὴ γνῶσις ἂν εἴη, τῆς γὰρ αὐτῆς περὶ νοῦ, καὶ
» τῶν νοητῶν θεωρῆσαι, εἴπερ πρὸς ἄλληλα. καὶ
» ἡ αὐτὴ θεωρία τῶν πρὸς ἄλληλα πάντων. κα-
» θάπερ καὶ περὶ αἰσθήσεως, καὶ τῶν αἰσθητῶν.

XXI.

» *AT si de omni nulla præter naturalem phi-*
» *losophiam relinquetur scientia. intelle-*
» *ctus enim, siue mens rerum intelligibilium est.*
» *itaque rerum omnium notiones naturalis vna te-*
» *nebit. est enim eiusdem scientiæ, vt tàm de intelle-*
» *ctu, quàm de re inrelligibili doceat. siquidem ea-*
» *dem contemplatio est omnium interse coniuncto-*
» *rum, sicut sensus etiam, & rei sensibilis.*

Comm. PRima ratio est, qua probat mentis contemplationem à physicis esse alienam, mentis inquam non summæ illius, & immortalis, sed mortalis,

talis, & secundum Aristotelis dogmata intereuntis. Nam si inquit de omni animæ parte potest physicus ex officio suo disserere, nulla relinquitur prçter physicem scientia, aut quod magis probo, philosophia. ponit autem rationem. nam si omnem animam contemplatur physicus, intelligibilem etiam contemplabitur. intellectus enim, qui animæ pars est, cum intelligibilibus confertur. quòd si physicus intelligibilia contemplatur; & sensibilia propria eius materia sunt, nihil erit à sua tractatione alienũ. nam & sensibiles, & intelligibiles substantias pertractabit, quibus omnia, quæ in rerum vniuersitate sunt, continentur. quare si omnia physicus contemplabitur: nulla alia prçter physicem erit philosophia. quippe cũ sæpe numero ab Aristo. traditum sit, tot esse philosophias quot substantias: si physice sibi & sensibiles, & intelligibiles arrogat substantias nulla erit amplius philosophia: quippe cũ substantia nulla remaneat, neque philosophiam vllam remanere opus est: imo physice erit prima philosophia, quemadmodum non omninò diuersa ratione in septimo Metaphysicorum loquitur. quòd enim si de intellectu agit physicus, de intelligibilibus quoque illum agere necesse sit, eò probat, quòd ad se mutuò referuntur, ac de ijs, quæ mutuò conferuntur vnius scientiæ

sit agere, quemadmodum de sensu, & sensibilibus. nam qui sensum aliquem considerat, & sensibilia, quæ sensui subijciuntur, considerabit necessario: ab his enim sensus pendet cognitio. hæc Aristotelis demonstratio est, quā breuissimis verbis explicaui, vt ad ea, q̃ in ea perpēdenda sunt aggrediar. Scio enim miraturos multos quid sit, quòd mentem humanam mortalem esse docuisse Aristotelem iudicem, & tamen ad substantias intelligibiles referri illam existimem, & hac ratione physicum de ipsa nō posse agere. Sed scrupulum euellā paulò post. nunc alia videnda sunt. ac primum, quid sibi velit Aristoteles dictione φιλοσοφία. quā Gaza vertit scientiam, quod benè percipi non potest, nisi quomodo accipiēda sit vox τὰ νοητὰ videamus. sunt enim, qui hac voce omnes res comprehendi arbitrantur, & quæ sua natura sunt intelligibiles, & quæ intellectus notione. quamobrem & rationem optimè valere, physicum omnia contemplari. quorum ego sententiam nullo pacto probo. intelligit enim hoc in loco philosophus intelligibilia, quæ sua natura, ac re vera intelligibilia sunt, quæq. nullo egent materiæ adminiculo, quò sint. Nam si intelligibilia ea etiam dicerentur, quæ quāquā materiata sunt, intellectus tamen notione intelligibilia sunt, ineptè faceret Aristoteles quar

to, &

to,& duodecimo Metaphyſicorum, qui à ſenſi bili, & intelligibili ſubſtantia ſumi diſtinctionem opinatur phyſices,ac primæ philoſophię. nam nihil eſt,quod ſenſibus phyſicus contemplatur . adhæc res materiatæ poſterius hoc con ſequuntur vt intelligantur,quàm vt ſint. quare animal vniuerſale, aut nihil eſſe dicit philoſophus,aut quid poſterius.& ſeptimo Metaphyſicorum libro hominem, & equum in ſingularibus eſſe dicit,vniuerſale autem non eſſe ſubſtantiam , ſed totum quiddam, ex hac ratione, & hac materia tanquam vniuerſale . quæ cum ita ſint intelligibilia dicuntur ea,quæ ſua natura ſunt intelligibilia,non autem quę vniuerſalis notione ab intellectu cõprehendũtur quãuis in materia ſint. quæri autem poſſet,cur in antecedente ſumat,intelligibilia,quę pro ſubſtantijs illis primis ſumi diximus, in conſequẽte autem ponat:omnia: cùm latere videatur in vocibus homonymia . ſed res nullo negotio declaratur . Nam ſtatutum eſt phyſicum ſenſibiles ſubſtantias cõtemplari : omnia enim aut intelligibilia ſua natura ſunt, aut ſenſibilia : vt ſi intelligibiles ſubſtantias contempletur, ſequatur facilè,omnia illum contemplari. nulla igitur eſt in vocibus homonymia . quòd ſi dicatur relationem æquè debere intelligi in ſenſu, & in ſenſibilibus,& in intellectu,& ijs,quę in-

tellectu comprehenduntur: respondendũ opinor æquè quidem relationem intelligi, non tamen ideò sequi omnia intellibilia accipi oportere: sed ea, quæ suapte natura sunt intelligibilia. nam quemadmodum sensibus adæquatè vt dicunt respondent sensibilia, ita mẽti vera intelligibilia. nam quæ à sensibilibus intelligibilia fiunt, media sunt, & ab intelligibilium natura descifcunt. sed posset aliquis occurrere, in Aristotelis ratione distinctionem esse manifestam singularis rei, & vniuersalis. nam sensibili singulare, intelligibili accipi vniuersale. quamobrem voce illa intelligibilia vniuersalia accipi. cui respõsum ita velim Aristotelem nõ hoc animo proposuisse, sed tantum similitudinem quandam, quæ in consideratione sensibilium, & intelligibilium est, afferre, vt probet ab vna scientia intelligibilia, & intellectum pertractari. quemadmodum sensus, & sensibilia vnius scientiæ sunt. adhæc nunquã solet Aristoteles vniuersalis, & singularis distinctionem ab intelligibili, & sensibili afferre. nam eò deueniretur absurdi, vt physicum singularia tractare fateamur. quandoquidem ait Aristoteles sensibilem substãtiam physices materiam esse. deinde si per intelligibilia vniuersalia accipiamus, excludentur ab hac appellatione, quæ sua natura intelligibilia sunt, aut saltẽ ab hac Aristotelis

stotelis

ſtotelis demonſtratione, cum tamen in ijs tota ratio collocata eſſe videatur. his ita poſitis facilè poteſt declarari an voce, philoſophia, omnis ſcientia, an tantum philoſophia intelligatur. nam ſi prima philoſophia in intelligibilibus, quę ſua ipſius materia ſunt, verſatur, ſi ea auferas, ſequitur nullam ſupereſſe præter phyſicem philoſophiam, imo phyſicem primã fieri, & præſtantiſsimam ſcientiam. optima itaque eaq. meo iudicio neceſſaria cõſecutio. phyſicus ſenſibiles & intelligibiles ſubſtantias cõtẽplatur, nulla igitur pręter phyſicẽ philoſophia. nã de Mathematicis, quę & ipſæ philoſophię nomine donatæ ſunt, nõ eſt cur hoc in loco loqui illũ exiſtimemus. ꝑterquã ꝙ phyſice, & prima philoſophia veræ philoſophiæ ſunt, Mathematicæ à philoſophiæ nobilitate degeneres. quippe quæ accidens nõ ſubſtantiã cõtẽ plantur. non erat igitur cur doctiſsimus Theodorus verteret. (Nulla præter philoſophiam naturalem erit ſcientia, tùm quòd de philoſophia loquitur tantum Ariſtoteles, quæ propriè philoſophia eſt: tum quòd, ſi etiam phyſicus in intelligibilibus rebus, & ĩ intellectu verſatur, nihil impedit quin Mathematicæ ſint, quippe quæ materiam habent ea, quæ à ſenſibili materia cogitatione abiunguntur. optimè itaque à Simone Portio notatus eſt error Theo

dori,

dori, quem iniquè admodum reprehendit Antonius Mirandulanus libro de singularis certaminis euersione: tricesimoquarto odio quodã in hominem potius, quàm veritate attractus. nam si quòd ait Aristoteles *οὐδεμία φιλοσοφία*, præter physicem cæteras opinatur amoueri, labitur. nam quanquam vox *οὐδεμία* vniuersum signum sit, vt appellant Dialectici, loquendi tamen consuetudo ad rem etiam particularem accommodat. esset enim bona, tùm in latina tùm in græca lingua loquendi forma. Si non essent substantiæ sensibiles nulla erit physice, *εἰ μὴ ἦεν αἰσθηταὶ οὐσίαι οὐδεμία ἔσαι φυσική*, sed hæc notiora sunt, quàm vt à me dici oporteat. Nunc quoniam rationem hanc probabilem esse putarũt aliqui, & nulla necessitate demonstrantem, videndum est, quid illi etiam afferant. sed primum quòmodo valeat Aristotelis consecutio ab intellectu nostro mortali (vt falsò putauit) ad diuinas, & immortales mentes dicendum videtur. sanè intellectus nostri duplex esse potest tractatio, altera, quia animæ nostræ pars est, quia corporis forma, quia potestate cum sit, ad actum reducitur: altera, in qua agitur de intellectu, quia actu est, in qua etiã declaratur quid illud sit, quod in actũ deduxit, quid inter vtrũque intersit. illa physica tantũ est, hæc altioris philosophiæ interest, neque sanè quòd

nè quòd mens nostra ideò immortalis sit, sed quòd eius occasione intellectus diuini natura explicatur. sed rem apertius explanemus, in libris de Anima de intellectu hominis egit Aristoteles, quia physicus. nam cum animæ definitionem attulisset, & singulas facultates declarasset, in tertio libro aggressus est ad eam facultatem, qua homo ad intelligendum natus est. nam & quid sit explicauit, & quomodo actiones suas obeat. quoniam aũt quòd intelligit diuinæ menti acceptum refertur, quippe quæ quemadmodum vt res sint, ita & vt intelligantur in causa est: satis habuit dixisse, in omni natura & quod patitur esse oportere, & quod agit: quare in anima patibilẽ intellectũ esse & agentem. agentis autem naturam breuissimè absoluit. nam illum extrinsecus aduenire, immortalem esse, atque æternum, ab omniq. materiæ lábe seiunctum. quæ verò ad meliorem agentis intellectus notionem pertinent, inuoluit silentio. nam & explicare posset mentem illam diuinam esse, summè intelligibilem, summè etiã intelligentem, totam in tota, rerum, & naturæ causam tùm vt sint, tùm etiam, vt intelligãtur. per sese nulla seiunctione materiæ intelligere: per sese etiam intelligi, intellectum, intelligere, & intellectionem esse, & alia huiuscemodi. nostrum autẽ intellectum, intelligere quidem

& ipsum,

& ipsum, sed intellectum nõ esse, nisi dum quæ à materia seiungit intelligit, quæ quoniam caduca sunt, & eius intellectionẽ caducam esse, tamen dum intelligit diuina illa intellectionis beatitudine frui, qua tamen non frueretur, nisi sibi veluti lux afforet diuina mens. quæ vt est maximè intelligibilis, & rerum, vt intelligãtur, causa est, & humanæ mentis, vt intelligat. posset inquam hæc omnia explicare philosophus, sed naturæ fines egrederetur. quare quo ad physice patebatur, & intellectum nostrum explicauit, & quomodo intelligeret aperuit. Alexander autẽ, qui rem explicare maluit sciẽtiarum aliquomodo neglectis terminis, hæc omnia declarauit in commentarijs, quos de Anima composuit. his ita positis, & explanatis, dubium nemini esse arbitror quomodo intellectus noster ad intelligibilia referatur, hoc est ad diuinas mẽtes, quę ipsius intellectionis causa sunt. nã si dum intelligit cò intelligit, quòd summè intelligibilia rebus, & sibi præsto sunt, sequitur ad intelligibilia eum referri. quod & Priscianus Lydus in Theophrastum pulcherri-
„ mè declarauit, cuius verba sunt hæc. καὶ διὰ
„ ταῦτα αὐτός τε πρὸς τὴν καθαρῶς ἀμέριστον
„ γνῶσιν τῇ ἐνεργείᾳ τελειοῦται τοῦ δεῖται νοῦ. καὶ
„ τὰ ἐν αὐτῷ νοητὰ τῆς ἀπὸ τῶν χωριστῶν νοη-
„ τῶν καταλάμψεως. ἵνα τέλεια ἀποτελεσθῇ
νοητά.

» νοητά. hoc est, ipse autem in indiuidua perspi
» cuè cognitione mentis eget in actu perficien-
» tis, & quæ in ipso intelligibilia sunt, illumina
» tionis ab intelligibilibus separabilibus, vt per
» fecta fiant intelligibilia. hæc ille, ex quibus si
» quod ille platonicè perfici, dicit, adimamus,
» nobiscum est. hæc cum ita sint sequitur neces
sariò qui de intellectu exquisitè, atque omni ex
parte agit de intelligilibus hoc est de diuinis et
mentibus agere: quemadmodum qui de sensu
de sensibilibus etiam. non quòd modus, quo
sensibilia sensum afficiunt idem sit, atque ille
summorum intelligibilium, sed quòd relatio
tantum similitudinem seruat. Nam ea, quæ in
tertio de Anima adducitur sensibilium, & in-
telligibilium, & facultatum sentiēdi, atque in-
telligēdi similitudo aliò tendit, atque huc. sed
si quis quærat vbi hanc intellectus humani, vt
ad intelligibilia refertur, tractationem inueni
mus in Aristotelis operibus: respondebo illā
in duodecimo Metaphysicorum inueniri. nam
ibi summorum intelligibilium naturam expli-
cat, quodq́. à summo intelligibili & cœlum, &
natura pendet, exponit. pēdere autem omnia
à summo intelligibili nō modo vt sint accipiē-
dum est, sed vt etiam intelligantur. mox quid
nostra intellectio cum diuina illa similitudi-
nis habeat, mirū autem ne sit, si breuibus rem
hanc

hanc explanat. nam satis est plerunque philosopho semina iacere, vt qui acutiori ingenio pollet, quæ ab ijs proficiscuntur, intelligat, in ijs præsertim libris, in quibus obscurissimus esse studuit, quosq. à nemine intellectum iri testatus est, nisi ab ijs, qui se audierint. hactenus probatum arbitror quomodo intellectus noster ad intelligibilia referatur: quanquã mortalis ĩ Aristotelis dogmatis esse iudicetur, quaq. ratione non physicæ, sed diuinæ philosophiæ de illo agere officium sit. ex quibus facilè concluditur rationem hanc non probabilem esse, sed veram ac necessariam. nam quæ conglobat Ant. Bernardus, tumultuaria sunt, & nullo negotio refelluntur. nam quod ait, sequi, hominem quia homo est ad physicem non pertinere, & Aristotelem de partibus animaliũ materialibus agere de forma minimè, cum intelligentia homo à cæteris differat animãtibus: falsò ponitur. agit enim Aristoteles de partibus materialibus nõ sine forma, sed eo modo, quo intellectũ hominis in physicis considerari necesse est. deinde quod ait. Si anima rationalis non pertineret ad philosophiam naturalem, neque etiam homo: benè sanè dicitur. sed si dicamus meæ interpretationi, & Aristoteli cõuenienter: si intellectus noster vt ad intelligibilia refertur à physico non pertractatur, falsissima

ſima erit cōſecutio, quòd neque homo ad phy ſicem ptineat, ob eas, quas ſuperius poſuimus rationes; quibus aliæ hominis obiectiones re felluntur. ſed ponamus iterum rationem Ariſtotelis, qua probat phyſici non eſſe de intelle ctu humano agere, quo modo à nobis dictum eſt. Si phyſicus ageret de intellectu, non eſſet vlla præter phyſicem philoſophia. hoc autem ex hoc probat, quòd ſi de intellectu, & de intel ligibilibus agēt. quamobrem cum nulla præter ſenſibilem & intelligibilem, ſubſtantia alia ſit, non erit etiam alia præter phyſicem philoſophia, imo ipſa erit prima philoſophia.

κβ′.

„ Ἢ οὐκ ἔστι πᾶσα ἡ ψυχὴ, κινήσεως ἀρχή.
„ οὐδὲ τὰ μόρια ἅπαντα ἀλλὰ αὐξήσεως
„ μὲν ὅπερ καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς. ἀλλοιώσεως δὲ τὸ αἰ-
„ σθητικὸν, φορᾶς δὲ ἕτερόν τι καὶ οὐ τὸ νοητικὸν·
„ ὑπάρχει γὰρ ἡ φορὰ καὶ ἐν ἑτέροις τῶν ζώων.
„ διάνοια δὲ οὐδενί. δῆλον οὖν ὡς οὐ περὶ πάσης
„ ψυχῆς λεκτέον. οὐδὲ γὰρ πᾶσα ψυχὴ, φύσις,
„ ἀλλά τι μόριον αὐτῆς ἓν ἢ καὶ πλείω.

XXII.

„ *AN non omnis anima principiū motus eſt?*
„ *neque partibus animæ omnibus id tribui*
„ *debet. ſed agendi principium idem putandum,*
„ *quod et in plantis eſt, alterandi vim eandem, quā*
„ *ſentiendi: deferendi autem alìud quidquam, non*

vim

,, *vim intelligendi? delationem vel in cæteris esse*
,, *animalibus nouimus, intellectum, siue mentem*
,, *in nullis.*

Comm. SEcunda ratio est, qua probat de omni animæ parte physicum non agere. illa autem ijs positionibus nititur, quæ in physica veræ sunt, & ab omnibus acceptantur. nam quæcunque motionis principium habent, naturalia sunt. est enim natura motus principium: & in physicis pertractantur. quæcunque autem neque naturalia sunt, neque naturaliũ principia, ad physicem nullo pacto pertinent. quamobrem in demonstrando, an intellectus naturalis sit sciẽtię, an ab ea alienus, nullum poterat accommodatius sumi aut aptius principium. quo magis miror nouorum interpretum industriam, qui probabilem rationem hanc existimarunt. rationis autẽ huius ordo, & sententia (ni fallor) hæc est. nam cum in quæstionem reuocasset, an de omni animalium anima physicus agat, an de partibus alijs vno excepto intellectu, probassetq́. de intellectu agere non posse eò, quòd si de illo ageret, non esset alia præter naturalem philosophia: secundam probationem addit posita dictione ἢ an: qua ĩ omnibus quæstionibus definiendis plerunque vtitur. an inquit

quit est animæ pars aliqua, quæ motus principium non est. motus autem principium cum sit natura, perinde est, ac si dixerit esse animæ partem, quæ natura non est. quod si ita est, posset ita construi ratiocinatio. physicus contemplatur naturam. Intellectus non est natura: intellectum igitur physicus nõ contemplatur. quod enim intellectus natura non sit, neque vllius motionis principium à principiorum, & omnium generum motus enumeratione cõfirmat. nam cum tria sint motus genera, vt in quinto libro de Naturali Auscultatione probatum est, alteratio, adcretio, & decretio, & motus ad locum: atque alteratio sensitiuæ animæ parti tribuatur: fit enim sensus alteratione, & perpesione, vt libro secundo de Anima scriptum reliquit: adcretionem & decretionẽ vegetalis animæ vis sibi vendicet: motum ad locum alia quædam animæ vis, quam dicimus ὀρμητικὴν: sequitur nullum motum ad intellectum pertinere: quo fit vt si ille nullius motus principium sit, natura etiam non sit: vt hac de causa à physicis tanquam alienus deferatur. & quoniam obijci posset motui ad locum destinatam eam esse animæ vim quã intellectũ appellamus, summo iudicio respondet, motum ad locum nõ esse intellectus proprium: cum etiam cęterę animantes, quæ intellectu carent,

& ratione, motionis nõ sint expertes. vt ex hoc perspicuum sit, aliam facultatem esse, quæ in mouendo animali cernitur. motionem autẽ, quæ ad locum fit φορὰν appellat, quã elegãtiores latini delationem conuerterunt. sed liceat nouo, sed iam ferè vsitato verbo lationem dicere. hæc cum dixerit, validaq. ratione probauerit, concludit, quod prius dubium exstiterat. Constare scilicet, physicum de omni anima disserere non oportere, cũ non omnis anima natura sit, sed de pluribus partibus, aut vna. dicit autem vna, quia anima nostra in duas à philosophis tribuitur plerunque partes, in eam, quæ & rationalis, & intelligens dicitur, & in eam, quæ sensitiua, & ratione carens. hactenus Aristoteles. ex cuius verbis sumant, qui de intellectu in actu, quem & agentem dicimus, loqui illum existimant. sumant inquam, quæ sibi ita aduersantur, vt nihil aduersum videatur magis. nam quid erat, cur diuinam illam mentem cũ corporeis (vt ita dicam) animæ partibus enararet? aut cur intellectum nostrum subticuit? at cui non notũ erat, diuinum intellectum nõ esse nostræ motionis causam. quid non ne dũ concludit constare non de omni anima physicum agere, sed de parte: perspicuum maximè est, de hominis anima concludere, cuius altiorem, & nobiliorem partem à physico tractari negat?

negat? Sequitur vt an hæc Aristotelis ratio necessaria sit, & demonstrās dicendum videatur. sunt enim, qui non modo probabilem, sed etiā falsam opinantur. cur autem in eam sententiam iuerint, vt probabiliter, aut falsò loqui putarint Aristotelem in causa fuit, ne in eius verbis esset pugnantia. nam cum neget intellectū motus ad locū esse causam, quod alias non modo non negauit, sed summis etiam rationibus confirmauit, illum esse, à quo motus ad locum omninò proficiscitur, videtur sibi loqui pugnātia manifestò: nisi dialecticorum more hanc rationem positam esse iudicemus. quanquam tantum abest, vt pugnantia loquatur Aristoteles hoc in loco, vt nihil sit, quod vel mediocrē repugnantiæ suspicionem pariat. in tertio libro de Anima eam animæ facultatem quærēs, à qua motio proficiscitur quæ ὀρεκτικὴ dicitur à græcis, statuit appetitum, & intellectum motionis esse originem. & quoniam intellectu carent alia animalia, subdit phantasiam in ijs, penè ratione respondere intellectui, qui in homine est. intellectum autem simpliciter nō protulit, sed illum, qui πρακτικὸς dicitur. nam cū intellectus contemplandi, & agendi vires habeat, vt in actione cernitur motus principium, & fons est. sed & in libro de Animalium motu hoc idem statuit, nam motionis animaliū

originem dicit esse intellectum phãtasiam, delectum, voluntatem, & appositionem. (neque sibi non cõstat hoc in loco. nam mens, & sensum, & phantesiam complectitur. Sunt enim hæ iudicandi vires: appetitio voluntatem. nã delectus, & appetitus, & voluntatis communis ferè esse videtur.) nam si intellectus in ijs, quę aut sequimur, aut declinamus sequẽdum quid, aut declinandũ concludit: extiterit prius oportet sensus, quem sequatur phantasia post quam appetitio sit, quæ si cum ratione fuerit voluntas est: post quã delectus (sic voco τὴν προαίρεσιν) & ratiocinatio mentis est. qoòd si rationem non admittat, vt in prauis hominibus, & in belluis fieri videmus, appetitio satis est ad mouendum, sed non sine phantasia, & sensu. Nam iudicatione opus est siue ea mentis, siue sensus, & phantasiæ fit. Hæc ex Aristotele sumuntur vel à me, hoc est mediocriter erudito. quò magis miror fuisse qui intellectum phantasiæ loco positum esse arbitrantur. quasi verò ratio, & prudẽtia in studiosis actionibus, quæ delectum regit, & appetitionem corrigit phantasiæ ignobilissimæ animæ parti tribuatur. Nam sic & bruta virtutibus non carerent, & deliberatione, quæ in actionibus cernitur. quod & veritati maximè aduersatur, & contrà Aristotelem est. Nec ideò tamen putandum

est

est eò quòd in animatibus alijs intellectus nullo modo est motus causa in homine etiam nō esse. Nam videtur alioquin ex hac ratione colligi absolutè intellectum non esse motus causam. Nam si animalia bruta carent intellectu, & tamen mouentur, perspicuū est aliam, quàm intellectū in ijs esse motus originem. Respondendum enim est, quòd non ideò sequitur, vt in homine intellectus omninò ratione mouendi careat. Nam vt ad actiones refertur, & phātasię sese copulat: sic enim dicitur πρακτικός, motus ad locum origo est. non enim eadem ratio in brutis est, atque in homine: cùm homines intelligentiam habeant bruta illa destituta sint. quòd si homines ratione prostrata vitijs, prauisq. cupiditatibus sese dederint, vt impotentes homines faciunt omninò eadem ratio in ijs est, atque in bestijs. vt igitur tollatur dubitatio animaduertendum nisi fallor est in homine, qui est intelligentia, & ratione prædi tus, debere intelligentiam motum efficere vt omninò eādem ferè rationē subit, atque phantasia in brutis, intellectus autē ea ratione sumptus, qua eum à physicis excludi dicimus nullā seruat cum phantasia proportionem. Constat igitur in Aristotelis ratione nullam remanere suspicionem, quin intellectus, vt ad intelligibilia refertur nullius motus origo sit. Nā à bru-

ſis omninò excluditur quòd alia facultate mo ueantur. ab homine autem nõ ſimpliciter, ſed vt proportionem cum ea facultate, qua cætera animalia motu cientur nõ ſeruat. diuerſa enim ratione valet probatio in homine qui intelligentia prædiuus eſt, & in brutis, quæ ratione & intelligentia carent. His ita poſitis, nõ video, quæ ſit huius loci & tertij libri de Anima, & libri de Animalium motu repugnantia. Nã hic negat intellectum, vt ad intelligibilia refertur, & contemplandi, & intelligendi vim habet, ad phyſicum pertinere: quod negat & in tertio de Anima, & in libro de motu animalium. ait
,, enim in tertio de Anima. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὸ λο-
,, γικὸν καὶ ὁ καλούμενος νοῦς ἐστὶν ὁ κινῶν. ὁ μὲν
,, γὰρ θεωρητικὸς οὐδὲν ποιεῖ πρακτὸν, οὐδὲ λέ-
,, γει περὶ φευκτοῦ καὶ διωκτοῦ οὐδέν. quod eſt.
,, ſed ſanè neque rationabilis pars. & quæ mens
,, dicitur illa eſt, quæ mouet. Nam quæ contem
,, plandi vim habet nihil efficit eorum quæ in a-
,, ctione cernuntur, nec quidquam dicit de eo,
,, quod vituperare, aut ſequi poſſumus. quòd ſi hoc loco diceret, intellectum vt agendi vim habet, & appetitioni ſe inſinuat ad phyſicum nõ pertinere, iure ſibi pugnare diceremus. ſed cũ aliter prorſus dicat, non video cur inſimulent ſummum philoſophum inconſtantiæ. Nam quod ait Antonius Bernardus, excludi hoc loco à

co à physico animam rationalem, quam dixit tertio libro de Anima, & libro de motu animalium esse motus principium, pace dixerim docti hominis, falsum est. Nam non omninò animam rationalem excludit, sed intellectum ea ratione, quà à me dictum est. quare desinant, qui pugnantia loqui philosophum, & ideò probabiliter imo etiã falsò probare eũ opinantur.

κγ'.

,, ΕΤι δὲ τῆς ἐξ ἀφαιρέσεως οὐδενὸς οἷόν τ' εἶ-
,, ναι τὴν φυσικὴν θεωρητικήν. ἐπειδὴ ἡ
,, φύσις, ἕνεκά του ποιεῖ πάντα.

XXIII.

,, *Adhæc rem à materia abstractam nullam*
,, *potest scientia naturalis cõtemplari, cùm*
,, *natura rei alicuius gratia faciat omnia: rebus*
,, *autem abstractis abiunctum id est, quod sub hoc*
,, *cuius gratia verbo, intelligimus.*

Hic quoque licet à doctorum virorũ sententia desciscere. nam falsum censeo Aristotelẽ hoc in loco tertiam rationem afferre ad probandum animæ partem nobiliorem physices non esse. duabus enim tantum rationibus confirmauit hoc, & post confirmationem conclusit. constare non de omni anima disserere physicũ oportere. quandoquidem non omnis anima Comm.

natura est. quamobrem melius Michael Ephe
sius, qui postquam cõclusum est, de intellectu,
vt ad intelligibilia refertur, non loqui physicũ,
putat propositum eius esse hoc in loco osten-
dere, ea, q̃ Mathematicorũ sunt à naturali ma-
teria esse aliena, & optimá sanè ratione. nam
cum eruditum sese pręstet ea, quę eruditi sunt,
faciat oportet. eruditi autem est pręceptiones
tradere, quibus explicanda omnis ars & scien-
tia sit: quibus causarum generibus vti deceat,
& qua in materia occupatũ esse oporteat. quã-
obrem cum docuisset physicum tractare nõ de
bere ea, quæ primæ philosophiæ sunt, consen-
taneũ erat cauere, ne quæ ἐξ ἀφαιρέσεως sunt,
hoc est, ex ablatione pertractet. nam cum sta-
tutum sit, in physicis, & præsertim in ijs, quæ
ad animalium notionem pertinent finem esse
causarum præcipuum, & ab eo exordiri decere
naturalis scientiæ scriptores: finisq. in Mathe
maticis desideretur: nulla enim in jis est actio,
aut effectio, quare neque actionis, aut effectio
nis terminus: sequitur naturæ scriptores in ijs
non esse occupandos, quæ Mathematicorum
sunt. quoniam autem Mathematici animo, &
cogitatione abducunt accidentia à materia sen
sibili, idcirco cõsueuere veteres philosophi il-
la ἐξ ἀφαιρέσεως appellare. hoc est ex ablatio-

ne,

ne, aut etiam abstractione. Latinorũ nonnulli vocant abstracta. & quoniam tenuit consuetudo diuinas etiam mentes abstractas dicere, contingit plerunque non mediocris errandi occasio ijs, qui græcè nesciunt, imo contagione quadam ijs etiam, qui græcè eruditi sunt. quare mirum non sit, si & hanc rationem tertiam esse existimarunt, & quæ ἐξ ἀφαιρέσεως vocat philosophus diuinas, atque immortales esse mentes rati sunt. sed neque tertiam rationem addere oportuit, cùm iam quod erat propositum, conclusum esset: neque quæ ex ablatione sunt diuinæ mentes esse possunt. sunt enim ex ablatione, quæ hominum cogitatione à materia abducuntur, cum re vera esse non posint, nisi in materia. diuinæ verò mentes non hominũ cogitatione, sed sua ipsarum natura materia carent: & ab omni motu, & mutatione sunt liberæ: quò fit vt neque ex abstractione dici posint, neque etiam abstractæ propriè. illud benè intelligendũ est, quod ait Aristoteles Mathematicas carere fine: Cùm natura propter finem faciat. non enim defuerunt, qui falsò dictum esse argumentis allatis confirmarunt. Nam Simplicius in primum librum de Naturali Auscultatione Alexandrum refellit, quòd dixerit in plerisque scientijs non

esse

esse omnes causas, quemadmodum in Geometria non est id, cuius gratia, nō animaduertens Alexandrum à præceptore desumpsisse ex tertio Metaphysicorum libro: & hoc, quem exponimus, loco. quòd si animaduertit, & tamen repugnare voluit Alexandro, rationes eius audiendæ sunt. primum enim ait Geometriam inuentam & excultam esse ob vsum mortaliū vitæ, & per se, & vt principia mechanicæ subministret. quinimo & Astronomiā nō parùm conferre, vt in natura incorporea assuescat. deinde si quòd in contemplatione est posita non autem in actione finis ab ea excluditur: physicem, quæ etiam ipsa in contemplatione est, fine carere. imo omnem aliam scientiam, quæ in cōtemplatione versatur: cuius tamen finis, & propositum est summum illud bonum expetere, & mortalium animā quoad eius fieri possit Deo coniungere: quemadmodum in decimo Nicomachiorum dictum est. Syrianus ét in librum Metaphysicorum tertiū summo studio Aristotelem coarguit. nam & principio nō carere immobilia, & non casu in rerū quæ sunt numerum adscripta. quippe cùm omne, quod est, aut principium, aut ex principio esse necesse est: eaq. vtpote multitudo cùm principium nō sint, à principio aliquo facta fuisse necessariò. nec fine esse destituta, cùm gratia boni & cogno-

cognoſcant, & cognoſcantur. deinde falſum eſſe actionum tantum fines eſſe: quinimo magis ipſarum ſpeculationum. Nam boni gratia, & veræ noſtræ ſalutis, & coniunctionis cũ diuinis mentibus in contemplationibus homines detineri: ipſarum autem actionum finem, & particularem eſſe, neque propriè finem. hæc Simplicius, & Syrianus, qui profectò aliter Alexandri, ac Ariſtotelis mẽtem accipiunt, atque ea prolata ſit. quis enim negat Mathematicis ſcientijs, & alijs omnibus, quæ in contemplatione exercentur finem eſſe propoſitum? aut vbi hoc negauit Ariſtoteles, qui millies finem contemplantium ait eſſe veritatem ipſam, actiuarum autẽ opus? aut ſi contemplatione Deo vni ſimiles ſimus, quemadmodum ait in decimo Nicomachiorum libro, quomodo contemplantis finis non eſt ſimilem ſeſe aliqua ex parte Deo reddere? Cùm etiam quæ voluptas ex cõtemplatione ſequitur diuinę ille ſimilis aliquo modo ſit, vt ipſe duodecimo Metaphyſicorum libro teſtatus eſt. quare non eſt negandũ Ariſtotelem, & Alexandrum nouiſſe quidẽ eos ſciẽtiarum harum finem eſſe veritatem, ſed de alio fine loqui alterum in primum phyſicorũ, alterum hoc in loco, & tertio Metaphyſicorũ: de eo ſcilicet, propter quem naturalis effector efficit. Cum enim quæ naturalia ſunt motum

habeant,

habeant, & mutationem, necesse est, & motionis esse principium, & quod motum patitur, & illud, propter quod motus est, quod finis dicitur. & quoniam natura finem expetit, & illius gratia agit, ab illo necessitate quadam cogi putandum est. quare optimè in naturæ rebus redditur ratio, quando à fine data sit: vt cur homo manus habet? vt apprehendat, vt sese muniat, vt quæ se Lesura sunt auertat. hoc fine carent Mathematicæ, quippe quæ cùm res immobiles, & abiunctas à materia, & à motu contemplentur finem non considerant, qui motus, & materiæ terminus est. imo etiam neque principium à quo motus proficiscitur. quò fit, vt hac ratione carere dicatur eo, cuius gratia hoc est fine, quod neque ignorauit Simplicius quāquam refellendi Alexandri studio dissimulauit: neque magnus ille Syrianus: qui post rationes, quas superius apposuimus, manifestò
„ fatetur Geometras nō vti finis assignatione,
„ demōstrantes quæ per sese figuris insunt: quo-
„ niam subiectum sibi ipsis non considerant siue
„ sit, siue non, neque finem, neque aliud vllū præ
„ ter ea, quæ per sese figuris insunt. sed ille instituum suum sequitur in damnādo seu iure, seu iniuria summo philosopho, quæ fuit Platonicorū iniustissima consuetudo. illud est in verbis adnotandum, in græcis codicibus excusis

non

non esse, quod ponit Theodorus: rebus autem abstractis abiunctum id est, quod sub hoc, cuius gratia verbo intelligimus: quare aut ille ita legit in manu scriptis codicibus, aut ex ingenio addidit, quod magis credo. nam res etiam si illa verba non ponantur, intelligitur.

κδ.

,, Φαίνεται γὰρ ὥσπερ ἐν τοῖς τεχναστοῖς
,, ἐστὶν ἡ τέχνη. οὕτως ἐν αὐτοῖς τοῖς πρά-
,, γμασιν, ἄλλη τις ἀρχὴ καὶ αἰτία τοιαύτη, ἣν ἔ-
,, χομεν, καθάπερ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ἐκ τοῦ
,, παντός. διὸ μᾶλλον εἰκὸς τὸν οὐρανὸν γεγενῆ-
,, σθαι ὑπὸ τοιαύτης αἰτίας, εἰ γέγονε, καὶ εἶναι
,, διὰ τοιαύτην αἰτίαν μᾶλλον, ἢ τὰ ζῷα τὰ θνη-
,, τά. τὸ γοῦν τεταγμένον καὶ ὡρισμένον, πολὺ
,, μᾶλλον φαίνεται ἐν τοῖς οὐρανίοις, ἢ περὶ ἡμᾶς
,, τὸ δὲ ἄλλοτε ἄλλως καὶ ὡς ἔτυχε, περὶ τὰ θνη
,, τὰ μᾶλλον: οἱ δὲ τῶν μὲν ζώων ἕκαστον φύσει φα
,, σὶν εἶναι καὶ γενέσθαι, τὸν δ' οὐρανόν, ἀπὸ τύ-
,, χης καὶ τοῦ αὐτομάτου τοιοῦτον συστῆναι. ἐν ᾧ
,, ἀπὸ τύχης καὶ ἀταξίας, οὐδ' ὁτιοῦν φαίνεται.
,, πανταχοῦ δὲ λέγομεν τόδε τοῦδε ἕνεκα, ὅπου
,, ἂν φαίνηται τέλος τι, πρὸς ὃ ἡ κίνησις περαίνει
μαδενὸς ἐμποδίζοντος.

XXIIII.

,, *Vt enim ars in artificiosis, ita in rebus ipsis*
,, *aliquod esse principium aliud, & talis cau*
,, *sa videtur, quam ex vniuerso perinde vt caloris*
frigorisq;

,, *frigorisq́. primordia habemus. quamobrem ve-*
,, *risimilius dixerint cœlum & factum esse ab eius*
modi causa, si factũ est, & magis esse ob eam cau
,, *sam, quàm animalia caduca, atque mortalia. or-*
,, *do enim & ratus, certusq́. status longè magis in*
,, *rebus patet cœlestibus, quàm in nobis. incerta*
,, *autem, inconstans: & fortuita conditio in genere*
,, *mortali potius est. at illi genus animaliũ quod-*
,, *que natura constare, extitisseq. censent. Cœlum*
,, *autem fortè, sponteq. tale constitisse volunt, in*
,, *quo nihil fortunæ nihil temeritatis deprehendi*
,, *potest. rem autem hanc esse illius gratia asserere*
,, *vbique solemus. quocirca finem intelligimus ali*
,, *quem, in quem motus si nulla res prohibet, ter-*
,, *minetur.*

Comm. CVm nõ semel naturæ habita sit mẽtio, quòd motus rerum naturalium principium, & origo est, & quòd finẽ expetit vsquequaque atque omnia ob finem efficit: nam & Empedoclem reprehẽdens paulò ante, quòd animaliũ membra ita, vt sunt dicebat conformata, quia sic in generatione accidit, ignorasse eum ait in semine animalium facultatem insitam esse, qua necessariò animalia suo vnumquodque generi cõuenienter procreantur: hæc autem vis quanquam ille non expresit, natura est; & in ijs ver

bis,

bis, quæ retrò explicauimus, quæ ex ablatione sunt ad physicum non pertinere confirmauit eò quòd fine sunt destituta, propter quem agit natura: cum hæc inquam toties naturæ habita sit mentio, neque vlla declaratio posita sit, qua vim hanc rebus insitam esse cognoscamus: hoc in loco illam esse confirmat exemplo artificiosarum rerum. nam quemadmodum in artificiosis ars principium est, motionis, sic in rebus ipsis aliquod principium, aut vim esse, & causam talem, quam veluti calidum, ac frigidum habeamus ex vniuerso. & quanquam quæ arte fiunt, res sint, tamen longè melius quæ natura constant res appellantur. hæ enim principium habent intimum, ac insitum, ille extraneum, ac remotum. quare postquam dixit *ὥσπερ ἐν τοῖς τεχναστοῖς* addit *οὕτως ἐν τοῖς πράγμασι*. q̃d autem intelligat quãdo ait. quam habemus ex vniuerso perinde ac caloris, frigorisq́. primordia: mihi non adeò certum est. verba aũt Aristotelis, quæ sic vertit Gaza, hæc sunt: *καθάπερ τὸ ψυχρὸν καὶ τὸ θερμὸν ἐκ τοῦ παντός*. quẽadmodum frigidum, & calidum ex vniuerso. nam & naturam nobis esse possumus intelligere ex vniuerso datam, quæ sit calidum, & frigidum: & ita datam perinde ac calidum, & frigidum: sed mihi arridet hæc altera: quanquam & illa non malè probatur. nam & secundo de

gene-

generatione animalium docens quomodo animalium membra conformentur, à calido,& frigido conformari ostendit. quas duas qualitates agendi vim habere, cum altera contrarietas passiua sit: docuit & secundo de Ortu,& interitu,& quarto Meteorologicorum libro. illud etiam non ignotum est cœlesti calore foueri hæc omnia,quæ sub cœlo sunt,qui omnibus ferè veluti natura ipsa videtur tribui. sed satius est alteram interpretationem accipere, vt hæc sententia sit: esse nobis principium,& causam intimam,vt calidum,& frigidum ex vniuerso. nam vt cœlestium corporum motione ac lumine elementa inter se commiscentur, ita naturam accipiunt, quæ motus proximum principium est. vt igitur ab vniuerso primæ elementorum qualitates fouentur, ita quando in mistionem veniunt naturam accipiunt à cœlesti conuersione,propterea quòd formarum, ac rerum præstantia à diuinæ illius lucis participatione nascitur. non ineptè etiam dicere possumus alludi ad Empedoclis sententiam, qui nullam naturam,aut vim in rebus positã agnouit,præter quatuor elementa,ex quorum compactione res omnes cõstare existimabat. quòd si ita accipimus,erit sententia,esse in rebus naturam oportere, quemadmodum calidum, & frigidum, & quatuor elementa ex opinione Empedoclis.

Empedoclis. Cum autem esse aliquod principium rebus naturalibus insitum posuisset, subdit veteres physicos longè verisimilius dicere posuisse, si ab hoc principio, quodcúque sit cœlestia corpora facta esse dicerent, quàm animalia, & stirpes: si tamen diuina illa corpora initium habuerunt vllum. nam absurdum est animalia, & stirpes, quæq. sub cœlo sunt certam quandam habere causam, cùm plerunque aliter in ijs videatur accidere quàm natura comparatum sit. nam & fortunæ, & casui subiecta sunt: diuina autem corpora, quæ certo, ratoq. ordine immutabili motionis tenore summaq. ęquabilitate mouentur, fortuitò & temerè esse condita. hoc autem in loco duos physicos maioris notæ taxare videtur Anaxagoram & Democritum, qui in sublunaribus rebus certam causam plerunque ponere videbantur, in cœlestibus autem casu, ac temerè omnia fieri existimabant. Anaxagoras enim in immensa illa rerum omnium congerie quam πανσπερμίαν appellabat plurimum valere casum censuit; sed præsertim in cœlestibus corporibus inueniri. Democritus autem quanquam atomorum cõcursu fieri omnia posuit, tamen videtur animalibus, atque alijs, quæ sub cœlo sunt ordinem procreationis, & ortus, principium posuisse, à diuinis corporibus negasse prorsus. quare Lu-

cretius, qui Epicuri interpres est, qui Democritum ita sequutus est, vt M. Tullius libro primo de finibus totum illum in physicis alienum dixerit, libro primo de Rerum natura probans, ex nihilo nihil fieri statum hunc ordinẽ in rebus ponere videtur. Versus elegantissimi poetæ sunt hi

" *Nam si de nihilo fierent, ex omnibus rebus*
" *Omne genus nasci posset, nihil semine egeret.*
" *E mare primum homines, è cœlo posset oriri*
" *Squamigerum genus, et volucres, erumpere cœlo*
" *Armenta, atque aliæ pecudes: genus oẽ ferarum*
" *Incerto partu culta, ac deserta teneret.*
" *Nec fructus ijsdem arboribus constare solerent,*
" *Sed mutarentur: ferre omnes omnia possent.*
" *Quippe vbi non essent genitalia corpora cuique,*
" *Qui posset mater rebus consistere certa?*

& paulo post quasi naturam, & intimum illud principium fateri coactus.

" *Atque hac re nequeũt ex omnibus omnia gigni*
" *Quòd certis in rebus inest secreta facultas.*

in quinto autem libro de Mundi ortu disputans cœlestia corpora temerè facta demõstrat.

" *Quippe etenim primum terrai corpora quæq.*
" *Propterea, quòd erãt grauia, & perplexa coibãt*
" *Tam magis expressere eã, quæ mare, sydera, solẽ,*
" *Lunamq. efficerent, & magni mænia mundi.*
" *Omnia enim magis hæc è leuibus, atque rotundis*

Seminibus

,, *Seminibus, multoq. minoribus sunt elementis,*
,, *Quàm tellus. ideò per rara foramina terræ*
,, *Partibus erumpens primus se sustulit æther*
,, *Signifer, & multos secum leuis abstulit ignis.*

Hæc Lucretius, atque alia in hoc eodem argumento de ortu cœli, syderum ac elementorum fortuito, & de motu astrorũ temerè facto quã plurima. hac igitur de causa & Democritum, & Anaxagoram reprehendit, atque ineptè prorsus dixisse affirmat. quod autem in animalibus, ac stirpibus ait plerunque extra naturæ ordinẽ aliqua fieri, & per se clarum est, & infinities ab eo dictum; sed in secundo de Naturali Auscultatione præsertim in disputatione de casu, & fortuna, & libro quarto de Ortu Animaliũ, vbi de monstrorum pro creatione disputat. nam monstra fieri in ijs, quæ plerunque quidẽ æquabili, certaq. ratione ordinãtur, sed & aliter euenire possunt. quamobrem & quod præter naturam est aliquo modo secundum naturam esse. quæ verò hoc in loco ponit de absurda veterũ physicorum sententia, qui cœlum fortuitò constare dixerint, Animalia certa, ac rato naturæ principio non carere, in secundo de Naturali Auscultatione copiosius ijsdẽ ferè verbis explicata sunt.

,, Ὥστε εἶναι φανερὸν ὅτι, ἐστί τι τοιοῦτον.
,, ὃ δὴ καὶ καλοῦμεν φύσιν. οὐ γὰρ δὴ ὅτι

„ ἔτυχεν, ἐξ ἑκάστου γίνεται σπέρματος. ἀλλὰ
„ τόδε ἐκ τοῦδε. οὐδὲ σπέρμα τὸ τυχὸν, ἐκ τοῦ τοιού-
„ του σώματος. ἀρχὴ ἄρα καὶ ποιητικὸν τοῦ ἐξ αὐ-
„ τοῦ, τὸ σπέρμα. φύσει γὰρ ταῦτα. φύεται γοῦν
„ ἐκ τούτου. ἀλλὰ μὴν τούτου πρότερον τὸ οὗ τὸ
„ σπέρμα. γένεσις μὲν γὰρ τὸ σπέρμα, οὐσία δὲ
„ τὸ τέλος. ἀμφοῖν δὲ ἔτι πρότερον, ἀφ' οὗ ἐστι τὸ
„ σπέρμα. ἔστι γὰρ τὸ σπέρμα διχῶς, ἐξ οὗ τε καὶ
„ οὗ. καὶ γὰρ ἀφ' οὗ ἀπῆλθε, τούτου σπέρμα, οἷον
„ ἵππου, καὶ τούτου ὃ ἔστιν ἐξ ἐκ τοῦ, οἷον ὀρέως.
„ τρόπον δὲ οὐ τὸν αὐτὸν, ἀλλ' ἑκατέρου τὸν εἰρη-
„ μένον. ἔτι δὲ δυνάμει τὸ σπέρμα. δύναμις δὲ ὡς
ἔχει πρὸς ἐντελέχειαν ἴσμεν.

XXV.

„ *QVocirca eiusmodi aliquid esse constat,*
„ *quod naturam vocamus, non enim quod-*
„ *libet, & vtcunque fors tulit ex quouis se-*
„ *mine oritur, sed hoc ex hoc. neque ex corpore*
„ *quolibet semen quodlibet prodit. principium*
„ *nanque & efficiens rei, quæ gignitur semen est.*
„ *sunt hæc enim natura, & proinde ex hoc enascun-*
„ *tur. atque etiam priusquam hoc, illud est, vnde*
„ *semen expromitur. semen enim ipsum generatio*
„ *est, finis verò substantia. vtrisque autem his pri-*
„ *us illud est, à quo proficiscitur. semen enim bi-*
„ *fariam accipitur, videlicet ex quo, & cuius. nã*
„ *& à quo decessit semen eius est, vt equi; & eius,*
„ *quod ex illo futurum est, vt muli. verum nõ eo-*

„ *dem modo, sed vt dictum iam est. adhæc semen*
„ *non nisi potentia est. potentia autem quẽadmo-*
„ *dum ad actum se habeat nouimus.*

Conclusio est eorum, quæ superius dicta sunt. nam cum ostendisset in naturalibus rebus esse aliquod oportere motionis principiũ, quẽ admodum in artificiosis ars est: veteresq. refutasset, qui in ijs, quæ & oriuntur, & occidũt statuere penè videbãtur aliquod huiuscemodi initium, in diuino autem corpore fortunam, & casum maximè pollere iudicabant: mox etiam finem declarasset esse terminum motus naturalis, quando nihil impedimento sit: concludit hoc loco clarũ esse in rebus omnibus esse principium illud, quod naturam appellamus. nam si status est rebus omnibus ordo, nisi quid fortuitò contingat, vt semper ad formæ, & finis indeptionem moueantur res, quem cum fuerint consequutæ quiescãt: perspicuum est esse principiũ insitum, & per se in rebus, quod motus, & quietis causa sit. hoc autem naturam dicimus. porrò longius rem explicare erat superuacaneum, cùm satis in secundo libro de Naturali Auscultatione huic naturæ declarationi datum sit. Sed quod ad propositam tractationem pertinet, rationem ponit non asper Comm.

nandum. non enim quodlibet, vt fers tulit, ex quocunque semine ortum ducere. nam si nulla natura ducerentur res, atque omnia temerè fierent, nihil impediret leonem ex bouis oriri semine, agnum ex lupo. modo autē ait hoc ex hoc necessariò fieri, vt à boue bouem, ab homine hominem, ab olea oleam, & postremò ab animali animal à planta plantam. adhæc non quodlibet semen ex quolibet etiā excerni corpore. nam nusquam videris ex humano corpore semen edi, quod leonis, aut asini procreandi vim habeat. nam cum ita statutum sit simile à simili specie procreari, semen, quod mediū est, inter animal quod procreat, & quod procreatur: non esse alienum debet. est enim semen efficiens licet non primum, quod insitam vim habet formandi menstrui ea forma, qua principalis auctor præditus est. & quemadmodum securis fabri nihil potest à proposito artificis alienū fabrefacere, sed eò ducitur, quò ars ducit: est autem ars in artifice: sic semen non potest aliud procreare animal, quàm illud, quod naturæ propositum est. natura autem tributum est, vt à cognato fiat omnia. hæc
» autem inquit mira ne sint. sunt enim natura
» quare ita etiam nascantur oportet. maximo iu
» dicio propter vulgares homines coniugatorū nominum ratione posita. nam si natura quæ

apud

apud nos φύσις dicitur ἀπὸ τοῦ φύεσθαι, hoc
est à nasci dicta est: patet illã esse ortus ducẽ,
vt hac ratione res ita φύωνται hoc est nascan-
tur. sed latet & melior ratio. Cum enim vis
sit, quæ ad finem tendit, id est ad hominẽ pro-
creandum, quæ nihil aliud quàm natura est: ne
cesse est vt homo procreetur necessariò nisi q̃d
sit, quod ortum impediat. possunt autem im-
» pedire plurima. quod autem subdit. atque ẽt
» prius quàm hoc illud est, vnde semen expromi
» tur. eò tendit, vt probet quod à semine fit per-
fectius, atque præstantius esse semine. neque
hoc si legamus vt Gaza vertit sed vt in cõtextu
» græco est. ἀλλὰ μὴν τούτου πρότερον τὸ οὗ τὸ
» σπέρμα, hoc est: sed sanè illud hoc prius est,
cuius est semen. nam cum semen in motu sit,
& medium inter animal, & non animal, illud,
cuius est, necessariò perfectione est longè præ
stantius. est autem eius, ad quod procreãdum
natura ducitur. hęc est vera horum verborum
sententia: hæc etiam germana translatio. nam «
non iniuria Leonicus Gazam corrigit. hoc e- «
nim ex ratione posita facilè ostenditur. semen «
enim ait generationem esse, finem autem ge- «
nerationis substantiam, vt ex hoc manifestum «
sit semen longè imperfectius, & posterius esse «
substantia; quanquam tempore prius sit, & po «
testate. id quod in omni motu, qui finẽ habet, «

& in ijs omnibus, quę ante finem sunt verè potest enunciari. nāsi finis gratia motus est, patet finem nobiliorem, & secundū actum priorem esse oportere. id quod non semen ab Aristotele dictum, & demonstratum est: est igitur quod procreatur semine prius, sed & semine, & eo, quod gignitur, quod genuit prius est. semen autem duorum est: tum eius, à quo defluxit, tum eius, cuius gratia est, vt Sophronici, & Socratis: vt equi ꝙ ab eo excretus est, vt muli, quòd illum genuit. semen igitur, si cum ambobus comparetur, altero & tempore, & natura posterius est: altero tēpore, & potestate prius, actu, & perfectione posterius. hæc enim præstantiæ prærogatiua, quam vulgò prioritatem nominant, illa est, quā Aristoteles quinto Metaphysicorum libro κατὰ δύναμιν καὶ κατ' ἐντελέχειαν, hoc est secundum potestatem, & actum nominat.

κϛ'.

» Εἰσὶν ἄρα δύο αἰτίαι αὗται, τό τε οὗ ἕνε-
» κα, καὶ τὸ ἐξ ἀνάγκης. πολλὰ γὰρ γίνε-
» ται, ὅτι ἀνάγκη. ἴσως δ' ἄν τις ἀπορήσειε, ποίαν
» λέγουσιν ἀνάγκην, οἱ λέγοντες ἐξ ἀνάγκης. τῶν
» μὲν γὰρ δύο τρόπων οὐδέτερον οἷόν τε ὑπάρ-
» χειν τῶν διωρισμένων, ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν.
» ἔστι δὲ ἔν γε τοῖς ἔχουσι γένεσιν ἡ τρίτη. λέγο-
» μεν γὰρ τὴν τροφὴν ἀναγκαῖόν τι κατ' οὐδέτε-

ργν τούτων τῶν τρόπων. ἀλλ' ὅτι οὐχ οἷόν τε
» ἄνευ ταύτης εἶναι. τοῦτο δ' ἐστὶν ὥσπερ ἐξ ὑπο-
» θέσεως. ὥσπερ γὰρ ἐπεὶ δεῖ σχίζειν τῷ πελέ-
» κει, ἀνάγκη σκληρὸν εἶναι. εἰ δὲ σκληρὸν χαλκοῦν,
» ἢ σιδηροῦν, οὕτως καὶ ἐπειδὴ τὸ σῶμα ὄργανον.
» (ἕνεκά τινος γὰρ ἕκαστον τῶν μορίων, ὁμοίως δὲ
» καὶ τὸ ὅλον,) ἀνάγκη ἄρα τοιονδὶ εἶναι καὶ ἐκ-
» τοιωνδί. εἰ ἐκεῖνο ἔσται.

XXVI.

Causæ igitur sunt hæ duæ numero, altera
» *cuius gratia. altera ex necessitate. multa*
» *enim gignuntur, quia necesse est. sed quæret for-*
» *tasse quispiam quã necessitatem intelligi velint,*
» *qui res fieri necessariò aiunt. neuter enim accipi*
» *potest ex ijs eorum modorum, qui præfiniuntur*
» *in ijs, quæ per philosophiam tractata sunt. ter-*
» *tius autem ijs, quæ habent generationem rebus*
» *est. alimentum enim neutro illorum modorũ esse*
» *dicimus necessarium: sed quia fieri non potest, vt*
» *res sine eo sit, ideò necessitatem ei adscribimus:*
» *quod quasi ex suppositione est. vt enim quia secu*
» *ri scindendum sit, durum aliquid esse necesse est:*
» *& si durum vel aereum, vel ferreum: ita cum in-*
» *strumentum sit corpus (est enim tum membrum*
» *vnumquodque rei alicuius gratia tùm verò to-*
» *tum ipsum) efficitur profectò vt esse tale, atque*
» *ex talibus constare necesse sit, si illud, cuius gra-*
» *tia ipsum est, futurum est.*

Vnde

Comm. Vnde sit hæc ducta conclusio dubiũ esse alicui potest. nam de materia, quæ ἐξ ἀνάγκης plerũque dicitur proximè habita mẽtio non est, sed de natura, qua fit, vt propagẽtur species, neque ex vnius semine animalis nascatur alterum diuersum specie. sed meo iudicio respexisse videtur ad ea, quæ superius longa oratione tractata sunt. nam cum præter materiam, quam veteres vnam agnouerant, formam, & finem in rebus esse demonstrasset: quanquam interposita sunt plura, quæ ad formæ declarationẽ pertinent, adiecta etiam nonnulla de insito rerum principio quod natura dicitur: tamen, quod initio propositum est, hoc in loco cõcludit. duas autem causas esse nõ simpliciter accipiendum est: sed duas causas in hoc de partibus animalium opere requirendas. nam in singulis partibus explicandis duæ reddi possunt causæ, altera finis, cui membrum, & actio destinatur: altera materia, ex qua singula membra constant. hoc autem in progressu patebit clarius. sed vnum adnotandum cùm quatuor causæ sint: forma autem cùm fine cõueniat, atque eadem prorsus sit, tres fieri, efficiens, materiã, & finem. ex his autem materia, & fine in his de partibus libris potissimum vtitur, in libris aũt, qui de Ortu Animalium inscribũtur, efficiẽte,

&

& materia præsertim, nonnunquam etiam sine, vt sese dederit occasio, quod initio illorum librorum docet apertissimè. Materiam appellat ἐξ ἀνάγκης ex necessitate, quemadmodum & paulò ante. quoniam autem quod ex necessitate dicitur plura significat, vt in quinto Metaphysicorum libro adnotauit: idcirco ne vlla oriatur ambiguitas neutrum ait esse earum significationum, quę in philosophia declaratæ sunt: philosophiā intelligens aut treis illos, libros quos de philosophia scripsisse testatur Laertius, quosq. in primo de natura Deorū adducit M. Tullius: aut libros illos Metaphysicorū: sed esse tertiā quandā significationem, quæ rebus, quæ ortū, atque interitū habēt accōmodatur. in eo aūt loco, quē adduximus, si tū ille sit. primū necessariū ait esse ὡ συναίτιον, hoc est, adiuuantem causam, & sine qua fieri non potest, quod fit: materiam sanè significans. dein de violentum. mox quod aliter esse non potest, & absolutè necessarium est. postremò demonstrationem, quæ aliter esse nequit, si à primis, ijsq. necessarijs propositionibus cōfecta sit. quatuor igitur necessarij significationes sunt. sed postremæ duæ cōueniunt, atque sub vnam cadere videntur. quamobrem non sine ratione dixit quod ex necessitate dicitur, materiæq. proprium est, neutrum duorum illorum existere.

existere. nam neque liberè necessarium est: neque violenter, sed medio ferè modo, quem appellat ἐξ ὑποθέσεως. Nam cum nihil sine ea esse possit, à posteriore semper eius necessitas est. dicitur nã si domus est lateres, & tigna esse necesse est. Si corpus instrumentum quid est: constat enim ex instrumentalibus, ministrisq. membris: tale necessariò esse debet. vt si manus debet apprehẽdere, qui proprius eius finis est, debet esse multifida: flexus habere digitorum ad capiendum, & premendum accommodatos: digitum vnum breuem, sed crassum, qui à parte inferiori benè premat: vngues, qui quamuis in alijs animalibus videantur superuacaneiq. homini tamen non parum necessarij ad tegendos digitos, & iuuandos ad capiendũ, & premẽdum. sed hæc ad locum illum prout melius potuimus accommodauimus, cum tamen incertus sim illos ne, an alios potius de philosophia libros adducat.

κζ.

» ΟΤι μὲν οὖν δύο τρόποι τῆς αἰτίας, καὶ δεῖ
» λέγοντας τυγχάνειν μάλιστα μὲν ἀμ-
» φοῖν. εἰ δὲ μή, δῆλον γε πειρᾶσθαι ποιεῖν. καὶ ὅτι
» πάντες οἱ τοῦτο μὴ λέγοντες, οὐδὲν ὡς εἰπεῖν
» περὶ φύσεως λέγουσιν. ἀρχὴ γὰρ ἡ φύσις μᾶλ
» λον τῆς ὕλης.

Constat

XXVII.

" *Constat igitur duos esse causæ modos, ac po-*
" *tissimum assequi vtranque verbis oporte-*
" *re, sed si minus id fieri potest: tamen pro viribus*
" *eniti ad eius significationem: omnesq. nihil ferè*
" *de Natura docere, qui hoc non dicunt, existima-*
" *re: principium enim rerum natura potius, quàm*
" *materia est.*

Concludit duas esse in hac tractatione causas, alteram, quam ὀξ ἀνάγκης, hoc ex necessitate vocat, quæ materia est, alteram, quæ cuius gratia dicitur, quæ finis est, idē atque forma: atque has physicum, qui de Animalibus agat, potissimum perspectas habere, & bene perspectas verbis assequi: quòd si fieri non potest, vt in reddendis causis materiam ac finem quis nouerit, dandam tamen illi esse operam, vt quoad fieri possit, declaret. satis enim est, in ignota causa proximè eam accessisse. nam sunt aliquando ita abstrusæ rerum causæ, vt qui vel verisimiliter eas attigerit, satis illum fecisse credendum sit: vt Aristoteles in apum generatione facit libro de Ortu Animalium tertio. quæ cum ita sint perspicuum esse ait veteres physicos nihil ferè de rerum natura dicere: qui quāquam de materia dicant aliquid, formā tamen, *Comm.*

quæ

quæ re vera Natura eſt ignorare. dicit autẽ ὡς εἰπεῖν vt ita dicam, quaſi leniens quod dixerat in vniuerſum. non enim omninò verum eſt nihil dixiſſe phyſicos. ſed cum res ex materia & forma conſtent, & à forma habeant vt ſint: quicunque materiam ſolam explicant dicunt quidem aliquid: ſed neque vt res eſt declarant, neque vt poteſt intelligentia comprehendi. nam forma & eſt & cognoſcitur omnis res compoſita. eſt igitur mutila adeò, & dimidiata phyſicorum veterum tractatio, vt pro nihilo poſsit ab elegantioribus haberi philoſophis. porrò verba Ariſtotelis. εἰ δὲ μὴ δῆλόν γε παρεῖσθαι ποιεῖν quorum interpretatio facilis eſt: Epheſius aliter explicat. nam phyſicum oportere rerum omnium materiam afferre, & formam. quòd ſi qua res ſit, quæ materia careat, vt corpus diuinũ, declarare debere, atque oſtendere cur materiam non afferat. nam vbi materia non eſt nullam poſſe ab ea rationem reddi, quam ego interpretationem non accipio, tùm quòd in vniuerſum non loquitur Ariſtoteles, ſed de Animalium tractatione, in qua opus nõ eſt cœleſtis corporis mẽtionem facere, & eius cauſas afferre, vt in libris de cœlo fit: tum ꝙ ſi in vniuerſum etiam de omni naturæ tractatione loqueretur, falſum eſt cœlum carere materia. Caret illud quidem ea materia, quæ inferiorum

riorum rerũ propria est, quæ nullam habet formam sibi perpetuò destinatam, sed mutabilẽ, & facilè intereuntem. sed non omninò materia destitutum est. habet enim materiam, quæ vnica cœli forma contenta est, quæq; nullam mutationem subit, nisi motus, qui loco fit. accedit quòd Aristoteles in libris de cœlo, cœlũ non vt sine materia considerat, sed vt corpus, ex materia, & forma compositum. sed hæc nostri non sunt instituti. quæ autem Gaza transfert. Omnesq; nihil ferè de Natura docere, qui hoc non dicunt existimare: verbum è verbo sic apponenda. atque omnes, qui hoc non dicũt, nihil vt ita dicã de Natura dicere. principium enim natura magis est, quàm materia.

κη΄.

» ἘΝιαχοῦ δέ που αὐτῇ καὶ Ἐμπεδοκλῆς περιπίπτει, ἀγόμενος ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας.
» καὶ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν φύσιν ἀναγκάζεται φά-
» ναι τὸν λόγον εἶναι. οἷον ὀστοῦν ἀποδιδοὺς τί ἐστιν.
» οὔτε γὰρ ἕν τι τῶν στοιχείων λέγει αὐτό, οὔτε δύο,
» ἢ τρία. οὔτε πάντα, ἀλλὰ λόγον τῆς μίξεως
» αὐτῶν. δῆλον τοίνυν ὅτι καὶ ἡ σὰρξ τὸν αὐτὸν
» τρόπον ἐστὶ, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων μορίων
» ἕκαστον. αἴτιον δὲ τοῦ μὴ ἐλθεῖν τοὺς προγενεστέ-
» ρους ἐπὶ τὸν τρόπον τοῦτον, ὅτι τὸ τί ἦν εἶναι, καὶ
» τὸ ὁρίσασθαι τὴν οὐσίαν, οὐκ ἦν. ἀλλ' ἥψατο μὲν
» Δημόκριτος πρῶτος. ὡς οὐκ ἀναγκαίου δὲ τῇ

φυσικῇ

,, φυσικῇ θεωρίᾳ. ἀλλὰ ἐκφερόμενος ὑπ' αὐτοῦ
,, τοῦ πράγματος. ἐπὶ Σωκράτους δὲ τοῦτο μὲν ηὐ-
,, ξήθη. τὸ δὲ ζητεῖν τὰ περὶ φύσεως, ἔληξε. πρὸς
,, δὲ τὴν χρήσιμον ἀρετὴν καὶ τὴν πολιτικὴν ἀπέ-
,, κλιναν οἱ φιλοσοφοῦντες.

XXVIII.

,, *Empedocles etiam in eam interdum incidit*
,, *ductus ab ipsa veritate: & substantiam,*
,, *atque naturam esse rationem fateri compellitur.*
,, *veluti cum os quid sit reddit. quippe qui non ali*
,, *quod elementum vnum esse id velit, non duo, aut*
,, *tria, non omnia, sed mistionis elementorum ra-*
,, *tionem. igitur & carnem, & cæteras eiusmodi*
,, *partes hunc eundem in modum esse apertum est.*
,, *Causa verò, quamobrem Antiquiores illi aucto-*
,, *res non ad hunc venerint modum, quòd quid res*
,, *esset, atque substantiæ definitionem ipsam expli-*
,, *care haudquaquam solebant. sed Democritus*
,, *hanc tetigit primus, non tamen quòd ad rerum*
,, *naturalium studium putauerat necessariam, sed*
,, *quoad ab ipsa re traheretur. Socratis verò tem-*
,, *poribus vsus quidem definiendi increuit, sed inda*
,, *gatio rerum Naturalium desijt. nam omne phi*
,, *losophādi studium ad vtilem virtutem ciuilemq́.*
,, *vsum translatum est.*

Comm. Haec omnia ἐκ περιουσίας dicuntur. nam quod ad rem propositā pertinebat satis hactenus

hactenus probatum est formam esse præcipuè rei Naturam, & in ea physicum maximè occupandum esse, & veteres physicos aberrasse, cũ a neglecta materiam, & generationem rerum inquirerent. sed afferunt & demonstrationibus allatis aliquam vim. nam maximum est veritatis argumentum, cum ea, quæ probauimus argumentis, ab aduersarijs etiam vel ipsa veritate ductis non negata ostendimus aliquando. Empedoclẽ itaque ait incidisse quasi aliud agẽtem, vt formam præter materiã esse in rebus fateretur (formam & substantiam, & naturã nominat) ab ipsa sanè veritate compulsum. fit enim aliquando, vt quando etiam rem ignoramus, atque aliter, quã par sit de illa disserimus, inuiti verum aliqua ex parte, fateamur. velut hic, qui cũ in rebus compositis nihil aliud agnosceret, quàm quatuor elementa; tamen de osse loquens, quod etiam ipsum ex elementis cõpositum est, non existimauit vnum elementorum esse, quemadmodum oculũ ignem, neque aut tria, aut etiam omnia elementa, quẽadmodum animam: sed rationem mistionis elementorum, hoc est formam aliquam præter elemẽta ipsa, quæ eorũ, quæ ex se fiunt materia sunt. quod si de osse, quod & ipsum ex elementis cõstat verum est dicere formam esse præter quatuor elementa permista mutuò, quid impedit,

quia de alijs etiam rebus compositis ratio hæc plurimum valeat? Causam autem quare veteres ij non venerint ad hunc cognitionis modum, quæ à forma, hoc est à rei natura ducitur, illam ait fuisset, quòd rei essentia, & definitio apud eos in vsu non erat. Nam cùm nulla definitio apud eos extiterit, qua rei declaratur essentia, mirum non est formam etiam iacuisse neglectam: cum illius cognitionis viam, & rationem non agnoscerent. quam tamen ait tetigisse Democritum, & ipsum veritate ductũ, quemadmodum & Empedoclem. (nam quod Gaza vertit. sed quoad ab ipsa re traheretur clarius, ac fidelius conuertendum est, sed ab ipsa re tractum.) Socratis autem tẽporibus vsum quidem definiendi increuisse. Nam quemadmodum in Platonis, & Socraticorum dialogis potest aliquis animaduertere: ijs temporibus dialecticæ vsus maximè valuit, quæ in definiendo, & diuidendo præcipuè cernitur. nam & M. Cicero Seruium Sulpitium laudans ab hoc cõmendat, quod & rem vniuersam nosset in partes distribuere, & distributã definitione explicare, quod dialecticorum proprium est. didicit quidem hoc à magistro Platone, à quo etiã sumpsit, omnẽ, quæ in quęrendo, quæ via quadam, & ratione habetur, orationem, præscribi primũ oportere, vt quid illud sit, de quo quæritur

tur in controuersia non sit. increuit igitur Socratis temporibus definiendi ratio, sed naturalium rerum scientia penè desijt. Nam omne studiū suum in ciuili scientia, hoc est in ea philosophiæ parte, quæ de vita, & moribus est, Socrates collocauit. is enim primus extitit qui moralem philosophiā à cœlo inuexit, dignus sanè qui hoc munere mortalibus communicato felicioribus fatis obiret. hanc autem sententiam iisdem ferè verbis habet in primo libro de prima philosophia. & M. Tullius in Academicis hæc de Socrate scripta reliquit. Socrates
„ mihi videtur id quod constat inter omnes pri-
„ mus à rebus occultis, & ab ipsa natura inuolu-
„ tis, in quibus omnes ante eum philosophi oc-
„ cupati fuerant, auocauisse philosophiam, & ad
„ vsum cōmunem adduxisse, vt de virtutibus ac
„ vitijs, omninoq. de bonis, rebus, & malis quæ-
„ reret. cœlestia autem vel procul esse à nostra
„ cognitione censens, vel si maximè cognita es-
„ sent, nihil tamen ad benè viuendum conferre.
hæc ille. sed animaduertere opus est Aristotelis rationem, quæ contra Empedoclem affertur hoc in loco, & in extremo primo Metaphysicorū libro. nā dubitari alioquin posset, an si os forma est in symetria permistionis elementorum, sequatur etiam omnia alia membra formas esse in elementis permistis, non autem ele

menta tantum interse compacta. posset enim os peculiarem habere naturam, quæ neque carni, neque neruo, neque arterijs accõmodetur. quin si Aristotelis tractationes obseruemus, aliam apud eum viderimus osium naturã, aliã similarium partium cæterarum. sed dubitatio locum nõ habet, si consideremus eandem esse omnium partium rationem, quod ad elementa pertinet, ex quibus confectas esse credimus. sic enim neque os à neruo, nec neruus à carne vllo pacto differt. siquidem ex quatuor omnia cõstant simplicibus corporibus, & quod ad hęc pertinet eiusdem substantiæ sunt atque naturæ. sic optimè dicitur, si os forma est in elemẽtis illa vel illa ratione permistis, caro etiã forma est, & neruus. nam in ijs quæ eiusdem naturæ sunt ab vno potest necessaria ad plura afferri probatio. quemadmodum in secundo de cœlo probat Aristoteles à lunæ corpore cætera sydera nulla volutatione agitari. quippe cũ luna, quę eandem, atque alia speciem habet nõ volutetur: consentaneum est alia sydera hoc non agi motionis genere.

κθ΄.

,, ΔΕκτέον δὲ οὕτως. οἷον ὅτι ἔστιν μὲν ἡ
,, ἀναπνοὴ, τοῦ δὶ χάριν. τοῦτο δὲ γίνεται
,, διὰ τὰ δὲ ἐξ ἀνάγκης. ἡ δ᾽ ἀνάγκη, ὅτε μὲν ση-
,, μαίνει ὅτι εἰ ἐκεῖνο ἔσται ὃ οὗ ἕνεκα. ταῦτα ἀνάγ-

” καὶ ἐστὶν ἔχειν. ὁτὲ δὲ, ὅτι ἐστὶν οὕτως ἔχοντα
” καὶ πεφυκότα. τὸ θερμὸν γὰρ, ἀναγκαῖον ἐξιέ-
” ναι. καὶ πάλιν εἰσιέναι ἀντικροῦον, τὸν δ᾽ ἀέρα
” εἰς ῥεῖν. τοῦτο δὲ ἤδη ἀναγκαῖον ἐστί. τοῦ ἐντὸς
” δὲ θερμοῦ ἀντικόπτοντος ἐν τῇ ψύξει τοῦ θύρα-
” θεν ἀέρος, ἡ εἴσοδος καὶ ἡ ἔξοδος. ὁ μὲν οὖν τρό-
” πος οὗτος ὁ τῆς μεθόδου. καὶ περὶ ὧν δεῖ λαβεῖν
” τὰς αἰτίας, ταῦτα καὶ τοιαῦτα εἰσί.

XXIX.

” *Licet quod modo dixi ita demonstrare. da-*
” *ta animalibus spiratio est huius gratia rei,*
” *sed eam propter has effici res necesse est. Neces-*
” *sitas verò aliàs ita significat, vt si res, cuius gra-*
” *tia futura sit, hæc haberi necesse sit: aliàs ita, vt*
” *sic se habeant, aptaq́ sua natura ita sint. egredi*
” *enim calorem, rursusq́ ingredi, cùm in re obuia*
” *offendatur, aeremq́ interlabi necessarium est. sed*
” *cum aer exterior refrigerando retorquet, ingres-*
” *sus, atque egressus caloris interioris rei alicu-*
” *ius gratia agitur. hic modus tractandi est. hæc*
” *ad id genus doctrinæ via, & ratio attinet. hæc &*
” *eiusmodi sunt ea, quorum causas accepisse operæ*
” *precium esse duximus.*

Non satis fuit Aristoteli demonstras- *Comm.*
se in rebus, quæ natura sunt, & præ-
sertim in animalibus, materiam, &
finem physicum debere cognosce-

re, nisi etiam modum tradidisset quo aut à fine, aut à materia vniuscuiusque rei reddatur τὸ διότι. quamobrẽ cum quę ad Empedoclem Democritum, & Socratem pertinebant interposuisset, ad eã, quæ proximè demonstrabat, orationem hanc conuertit. Nam quod dictum est de materiæ, & de finis in quaque re apposita redditione, ita licere demonstrare: vt datã esse Animalibus spirationem, neque ijs omnibus, sed quæ sanguineam naturam habent: hanc autem esse refrigerationis, & refectionis causa omnibus quidẽ in vniuersum, sed ijs magis, quæ fæcundiora sunt sanguine, & calidiora. hæc autem si esse debet necessariò instrumentis opus esse, quæ actionem hanc peragant. hæc pulmones sunt, quorum officiũ est dilatatione, atque contractione spiritum trahere, & emittere, in qua vicissitudine tota animalis vita est. nã eò vsque viuimus quousque spiritum ducimus, vt dicit in libro de spiratione & in quarto horum librorum. quin & Hippocrates in libro de hominis natura viuum hominem circumscribit
„ μέχρι ἂν δυνατός ᾖ τὸ πνεῦμα ἕλκειν ἐς ἑαυτόν. est igitur hoc in loco, & finis, & materiæ redditio. finis enim respirationis est refectio natiui caloris, à quo suppositiția necessitate materia infertur. hac itaque ratione demonstrandum est in singulis, quas natura obit actioni-

bus,

bus, & in omnibus animalium membris, quæ ad finem aliquem natura fabricata est. & quoniam necessitatis meminit, ne in hac vlla sit adhuc ambiguitatis occasio, distinguit illud necessitatis genus, quod supposititium appellamus ab eo quod liberè, & absolutè necessariũ est. hac enim significatione ignem dicimus in sublime ferri necessariò, quòd ita scilicet natura comparatum habet, & sua ita postulat essentia. illa, si respiratio est pulmones esse necessariò, qui ad respirationem edendam sint optimè accommodati. hanc itaque necessitatem exponit exemplo à re proposita non alieno. Nam calidum inquit, quod intra animal inclusum est, necesse est, vt exeat eò quòd ita eius natura fert, vt & sursum feratur, & ad cognata calida corpora. hoc idem si offendit & cogitur, ne vacuum relinquat locum, ingreditur etiam necessariò, aërq. interlabitur: hic enim modo exit, modo intrat. hoc autem necessarium est, eò, quòd ita postulat aëris natura. Calidum aũt inqt introclusum cũ in frigus externi aëris incurrat in causa est, vt & ingressus, & egressus in animali efficiatur. hic aũt ingressus, & egressus alicuius rei gratia est, hoc est refrigerationis spiritus, & caloris innati (desunt aũt hęc in excuso græco codice, quæ in antiquo aliquo exẽplari inuenta fortasse Gaza posuit) hoc Aristo

telis exemplum de necessario absoluto. quod ita perplexũ est, vt ad respirationem illud quidem pertinere ignotum non sit, ad qualem autem respirationis modum ignotissimũ. Ephesius ad Platonis sententiam alludi putat. fuisse autem hãc Platonis de respiratione sententiã. aërem enim à naribus ad pulmones delabi, quẽ excalfactũ, & tenuem redditũ per nares egredi conari, egredientẽ autem in aërem incurrere, qui circa nares sit, cuius frigore dẽsior euadat atque in actiorem locum sese recipiat, quàm prius erat. quoniam autem inane non est in rerum natura, sequi densatum aerem alterum aerem, qui locũ impleat, in quo aer dum esset tenuuior extiterat. sic respirationem continuè fieri. & quoniam manifestò hæc sententia Platonem non habet auctorem, mirum est, ita lapsum esse doctum hominẽ: nisi dicamus Platonem quidem in Tymæo alium respirationis modum docuisse, in dogmatis autem non scriptis hunc modum reliquisse, qui à Platonicis, quasi per manus ad posteriores peruenerit, à quibus etiam sumpserit Ephesius. quod quãuis probabilitatem quãdam habeat, tamen vel eo conuincitur, quòd & si hæc esset nõ scripta Platonis opinio, eius tamen etiam meminisset Aristoteles in libro de Respiratione, cum eius, quæ in Tymæo est, mentionem habuerit. sed

vtcunque

vtcunque sit, hæc de respiratione opinio vt Platonica hactenus non agnoscitur, quod ego sciam, verbis autem Aristotelis accommodatur quàm optimè. quanquam licet etiam existimare Platonis hoc in loco referri sententiã, quæ in Tymæo est,& verba ita esse accommodanda, vt eius etiam dictis non aduersentur. quæ autem de respiratione ait, vt Ficinus transtulit, hæc sunt. Sed videamus iterum quibus causis respiratio hunc in modum, quem nunc cernimus fuerit instituta. Cuius quidem rei talis erit consideratio. Quoniam vacuum nusquam est, quò quidquam eorum, quæ perferuntur ingredi queat: spiritus autem è nobis euolat, cuius constat in vacuum quidem hunc spiritum non euolare, sed proximũ sibi è sua sede depellere: depulsum rursus illum proximum sibi semper extrudere, ac secundum necessitatem huiusmodi, quidquid in sedem illam percutitur, atque impellitur, vnde egressus est halitus, ingressum illuc, replensq́. halitũ ipsum subsequi. idq́. totum simul reuolutione quadam, qua nusquam sit vacuum, fieri. ex quibus Platonis verbis elicitur respirationem nõ modo per os,& nares. verum etiam per corporis meatus occultiores fieri. Cum enim statuat, quod& plerique philosophi non negabãt, inane nullibi reperiri, dicit aerem, qui intra corpus

pus est exeuntem per expirationem (sic voco τὴν ἐκπνοὴν) aerem alium, qui extra est, propellere hũc alium, illum alium, qui coactus alius impulsione, per corporis meatus ingressus locum occupat, in quo aer erat, qui expiratus iam est. hic aũt excalfactus aerem, qui in meatibus est propellit, qui propulsus loco cedit, atque ita per meatus expiratio etiam fit. non modo autem qui propellitur aer expiratur, sed etiam qui propellit. vt expiratione facta p meatus cutis, ne detur inane mutua particularum aeris ꝓpulsione, sequatur deinde per os inspiratio, vt in hunc modum & expiratio, & inspiratio fiat necessitate quadam coacto aere loca vacua statim implere. Hæc Platonis de Respiratione sententia. cui nõ difficilè meo iudicio Aristotelis verba accommodantur. Nam quando ait calidum exire necessariò, & ingredi offendens, significat aerem, qui introclusus est iam calidum redditum exire, qui cum aliũ propellat, illum, quamuis nondum actu sit potestate tamen calidum offendētem in cutem introgredi, vt inanem repleat locum. quando autem ait. calidi, quòd intus est offendentis in externi aeris frigus ingressum, & egressum fieri: concisè innuit, quòd cùm calidus aer exierit seu per meatus, seu per os; propellit alium frigidum actu. hoc enim significat per offendit.

dit. qua mutua propulſione neceſsitate quadam continuè facta & expiratio fit, & inſpiratio. (hæc enim eſt ἡ εἴσοδος καὶ ἡ ἔξοδος) ſic probatum eſt Ariſtotelem ad Platonis ſententiam alludere, quemadmodum opinatur etiam Epheſius, ſed ad eam, quæ verè Platonis eſt, nõ ad eam, quam ille refert. quod ſi mea hæc interpretatio alicui non ſatisfacit, ſequatur priorem, quam & Epheſius & Leonicus amplexantur: modo ſciat Ariſtotelem reſpirationis modum innuere, quem aut nemo ex veteribus philoſophis tradidit, aut traditum quidem fortaſſe Ariſtotelis ſæculo temporum iniuria poſteris abſtulit. non enim quę ſolæ referuntur veterũ ſententiæ extiterunt, ſed mille aliæ, quæ varijs caſibus ad poſteros non peruenerunt. hactenus docuit Ariſtoteles viam, & rationem, qua tractatio de Animalibus inſtituenda eſt: & de quibus ſumẽdæ cauſæ ſint, & quæ nam hæ ſint: id quod in extremo contextu ponit breui enumeratione. ſic priora, quæ ad eruditi munus pertinent abſoluit, abſoluturus in ſequentibus quæ ſunt reliqua.

λ'.

» Λαμβάνουσι δ' ἔνιοι τὸ καθέκαστον. διαιρού-
» μενοι τὸ γένος εἰς δύο διαφοράς. τοῦτο δὲ
» ἐστὶ τῇ μὲν οὐ ῥάδιον, τῇ δὲ ἀδυνάτον: ἐνίων
» γὰρ ἔσται διαφορὰ μόνη μία, τὰ δ' ἄλλα περίεργα.

„ γα. οἷον ὑπόπουν, δίπουν, σχιζόπουν.* αὕτη
„ γὰρ μόνη κυρία, εἰ δὲ μὴ ταυτὸν, πολλάκις ἀναγ
„ καῖον λέγειν.

XXX.

„ *Sunt verò, qui genus in duas secando differen*
„ *tias accipiunt singulare. quod quidem par-*
„ *tim non facilè, partim nullo pacto fieri potest. nõ*
„ *enim desunt, quorum vna tantum sit differentia,*
„ *cætera autem superuacua sint. Verbi gratia: pe-*
„ *datum, bipes, fissipes, multifidum. hæc enim vna*
„ *potissima est. sin minus, sæpius idẽ dici necesse erit.*

Comm. IN Animalium tractatione non parum negotij est viam, & rationem iuenire, qua singulas animátiũ species, & inuenire, & inuentas posiis artificiosè declarare. neque profectò inepta videretur Diuini Platonis Methodus, nisi tot esset ab Aristotele conuicta rationibus, vt iam loco cedere coacta sit. erat enim vt in cæteris sciẽtijs, ita in Dialectica Plato felicissimè versatus, quam vel eò maximè laudat, quòd rem vniuersam potest in partes distribuere vsque ad eam, quæ postrema partium est. Nam & in Philæbo eam celebrat, & in Sophista, & in Parmenide: in Phædro autem, & in Politico maximè necessariam ostẽdit: sine qua qui aliquid declarandum suscipiunt non mediocres erro-

res

res comittere. eius autē ē Politico verba, quoniam ad rem nostram & faciunt, placuit apponere. sed & contrarium huius faciunt: quæ di-
„ uersa sunt minimè distinguũt. Cùm oporteat,
„ vbi quis primum multorum percipit commu-
„ nionem non prius desistere, quàm differentias
„ omnes in ea, quæ speciebus clauduntur inuexe
„ rit. atque iterum quoties dissimilitudines plu
„ rimas in multitudine sentit, & ægrè sentit, nõ
„ prius ab hac aspectus molestia desistere posse,
„ quàm coacta, quæ cognata sunt intra cognatio
„ nem vnam, proprietateq́. concludens vnius
„ generis essentia vestiat. hæc ille. Aristoteles autem non damnat ille quidem partiendi rationem, quippe quam nõ parum in scientijs explicandis conferre existimauit, tùm in generibus diuidẽdis, tùm in totis quibusdam rebus, tùm in vocibus, quæ sua plerunque ambiguitate in causa sunt, vt nõ mediocriter aberremus. sed non eam esse existimauit, cui omnia subiecta sint. Nam ea præsertim diuidendi ratione, quæ διχοτομία dicitur postremas animaliũ formas reperire, & longum esse putauit negociũ, & maximè fallax: imo penitus impossibile. ait igitur esse, qui singulare accipiunt in duas secãdo genus differentias, aut Platonẽ intelligens, aut quod magis credo Speusippum, & Xenocratem qui Platoni successerũt in schola singu

late

lare autem vltimas vocat ſpecies animalium, propterea quòd cum ſpecies ſint minimè genera eſſe poſſunt. hoc Platonicorũ inſtitutum cum propoſuiſſet partim ait non facile, partim impoſsibile eſſe. ac primum quod difficile ſit oſtendit, deinde quòd impoſsibile: non ſimul vtrumque vt putat Leonicus. prima autem ratio eſt, quam græcè dicimus ἀντιπαράςασιν (latinè nonnulli vocant obſiſtentiam.) Nam vt etiam tribuamus fieri poſſe, vt extremæ ſpecies, partitione, quæ in duas differentias fit inueniãtur: hoc tamen vrgemur abſurdo, quòd cùm eas differentias, quæ ſpeciem cõſtituunt, quærere neceſſe ſit, atque vna tantum ſit multarũ rerum differentia, quæ ſingulas res à ceteris differre faciat: nos innumeras conglobare cogimur, ſi ſingulorum generum partitione vſque ad extremum vtimur. Nam ſi hominis quærimus ſpeciem diuidendo genere per differentias ſigillatim, ſumemus primum animal, quod in pedatum, & in impedatum partiemur. (ſic latinè cum Gaza dicere liceat) impedatũ autem cum non ſit homo pedatum iterum partiemur in bipes & multipes, multipes autem cum non ſit homo, bipes erit neceſſariò. bipes autem in fiſsipes, & in non fiſsipes diuidetur. Homo autem non eſt non fiſsipes, erit igitur fiſsipes. fiſsipes autem iterum in multifidũ,

& pau-

& paucifidum, si placuerit, diuidetur. paucifidum nō est homo. erit itaque multifidum. erit igitur homo Animal, pedatum, bipes, fissipes multifidum. in hac partitione, qua inuentam hominis speciem esse opinamur, maximè peccatum est. nam & multifidum satis est ad hominem constituendum, & cęteræ differentiæ superuacaneæ: & quod primum in animalis diuisione sumptum est multoties repetitum est. nam & in bipede est, & in fissipede, & in multifido. bipes autem, quod secundo loco positum est in fissipede, & multifido: fissipes in multifido. vt primum quater ponatur: ter alterum: bis tertium. ita fit, vt in quibusdam speciebus aut superuacanea ponamus, aut multoties idē inculcemus, quod maximum est in omni doctrina vitium, quemadmodum in libro τῶν ἐλέγχων docuit. imo sanè dupliciter peccatur. nā & iste error, & hic comittitur. quis enim negat satis esse multifidum, quod hominem à cæteris differentem reddat? nam si hominem animal esse dicimus multifidum, genere, & extrema differentia definimus, quod definitionis genus optimum est. rursus quando multiplicata diuisione descendimus, perspicuum est, quod in supremo loco ponitur multoties reperiri, quoutque ad extremum veniatur. sed hæc inferius declarabimus, & si qua sunt, quæ dubita-

tionem

tionem faciunt perpendemus.

λα´.

ἜΤι δὲ προσήκοι μὴ διασπᾶν ἕκαστον γέ-
„ νος, οἷον τοὺς ὄρνιθας, τοὺς μὲν, ἐν τῇ δε, τοὺς δὲ,
„ ἐν ἄλλῃ διαιρέσει, καθάπερ ἔχουσιν αἱ γεγραμ
„ μέναι διαιρέσεις. ἐκεῖ γὰρ συμβαίνει τοὺς μὲν με
„ τὰ τῶν ἐνύδρων διῃρῆσθαι, τοὺς δὲ ἐν ἄλλῳ γένει.
„ ταύτῃ μὲν οὖν τῇ ὁμοιότητι ὄρνις ὄνομα κεῖ-
„ ται, ἑτέρᾳ δὲ, ἰχθῦς. ἄλλαι δ' εἰσὶν ἀνώνυμοι,
„ τὸ ἔναιμον καὶ τὸ ἄναιμον. ἐφ' ἑκατέρῳ γὰρ τού
„ των οὐ κεῖται ἓν ὄνομα. εἴπερ οὖν οὐδὲν τῶν ὁμογε
„ νῶν διασπαστέον, ἡ εἰς δύο διαίρεσις μάταιος
„ ἂν εἴη, οὕτως γὰρ διαιροῦντας ἀναγκαῖον χωρί
„ ζειν καὶ διασπᾶν. τῶν πολυπόδων γάρ ἐστι τὰ
„ μὲν, ἐν τοῖς πεζοῖς. τὰ δ' ἐν τοῖς ἐνύδροις.

XXXI.

„ *AD hæc genus quod vis distrahi non debet:*
„ *vt exempli gratia aues aliæ in hoc, aliæ in*
„ *illo diuisionis membro collocentur. quod editæ*
„ *illæ diuisiones faciunt, quippe cũ ita fiat, vt aliũ*
„ *aliæ cum aquatilibus constituantur aliæ in alio*
„ *ponantur genere. sed vt nomen huic similitudini*
„ *auis, illi piscis inditum est, sic aliæ sunt, quæ nomi*
„ *ne vacant: vt illa compos sanguinis, aut expers.*
„ *vtraque enim nomine vno caret. quod si nihil ex*
„ *ijs, quæ generis societate iungũtur distrahi debet*
„ *frustra illa seorsum in duas partes distinctio agi-*
„ *tur, cum seiungi, ac distrahi sit necesse, si ita diui-*
datur.

,, *datur. sunt enim ex multipedibus alia in terre-*
,, *stre, alia in aquatili genere.*

Secunda ratio hęc est, quam ἔνστασιν hoc est instantiam dicimus, qua probat diuisionis methodum ineptam esse, et minimè accommodatam inueniendis vltimis animalium formis. Nam non debet inquit quoduis genus distrahi ita, vt pars in alio, pars in alio diuisionis membro statuatur. genus autem accipimus non vltimam speciem, vt Ephesius existimat, sed genus quidem, quod plures sub se continet species, exuperatione tamen, & defectu differentes, in quod quando deuentum sit debet physicus sistere quemadmodum facit Aristoteles in omnibus de Animalibus libris: sed vtcunque sit, speciei locum tenet haud dubiè, & penè vltimæ. non debet igitur distrahi, ac dissipari, vt pars in vna, pars in altera partitionis differentia seiungatur. Nam si aues, quæ vno genere comprehenduntur alię sub terrestrium differentia collocentur, aliæ sub aquatilium, quis negat distractum esse auium genus, & hac ratione fieri non posse, vt diuidendi ratione vltimas attingamus auium species. sic igitur impossibilem rem aggreditur Plato, & alij, qui methodo hac vltimas inquirunt animalium species. *Comm.*

O hæc

hæc tota rationis vis, cuius antequam in conte xtu ponatur conclusio, verba quædam interponantur, in quibus ait similitudini quorundam. animalium nomen inditum, vt piscibus, vt auibus: quorundam etiam nō esse positum, vt sanguineo,& non sanguineo generi.quę nō sine causa posita sunt. nam & hæc maximè valent ad improbãdam platonicam diuisionem. nam si in diuidendo animali differentias huiusce generis sumamus, quæ non habent species vno nomine comprehensas, perspicuum est, nullam posse hac diuisione specierum fieri positionem. nam si animal in sanguineū,& exangue partierum, quoniam neque sanguineum, neque exangue species vllas sub se continent, quæ vno nomine comprehenduntur. sic enim species sunt: fit, vt finem suum non assequatur partitio. quare impoßibilis reddatur hæc methodus. sic & tertio libro huius operis de pulmone loquens, esse ait animalium genus, quod ἄναιμον id est pauco sanguine fecũdum habet pulmonem, sed communi generis carere nomine: non vt auium genus, quod hoc nomine donatum est. hæc si ita declarentur locum non habet Ephesij dubitatio, & facilè soluitur. sequitur postea conclusio, quòd si vt probatum est; nulla animalia, quæ vno genere comprehẽdantur debent ita distrahi, vt in repugnãtibus diffe-

differentijs collocentur: ſequitur hanc partiẽ-
di rationẽ fallacem eſſe,& quòd proponit ſibi,
nullo pacto poſſe aſſequi: hac enim ratione ad
vltimas ſpecies minimè peruenitur. Nã ſi ani
mal diuiſerimus impedatum,& in impedatum
rurſum pedatum in paucipes,& multipes,& in
hoc genere ſtatuamus in ſectorum aliquod ge
nus: rurſusq. animal diuidere cœperimus in
aquatile,& terreſtre in hunc errorẽ incidemus
manifeſtò, vt multipes in duabus repugnanti-
bus differentijs ſtatuamus. quod ſi ita eſt qui
poteſt vltimas attingere animalium ſpecies?
hæc ratio eſt, qua impoſsibilem oſtendit ſpe-
cierum inuentionem, ſi eam partiendo genere
ſcrutabimur. quod autem ait αἱ γεγραμμέναι
διαιρέσεις hoc eſt conſcriptæ diuiſiones, quæ-
rendum eſt, an Plato de diuiſionibus aliquid
ſcripſerit præter ea. quæ in Dialogis ſcripta
ſunt. an illæ ſint potius, quas à Speuſippo con
ſcriptas teſtatur Diogenes. ſcripſiſſe enim ait
illum διαιρέσεις, καὶ πρὸς τὰ ὅμοια ὑποθέσεις,
quod mihi conſentaneum videtur. Quãquam
vt ex Ariſtotele licet colligere ſecundo libro
de Ortu & Interitu Platonis re vera diuiſiones
ſunt. Nam de quatuor primis qualitatibus eo
loco ſermonẽ habens,& quot ſunt, & quomo-
do coniũgantur: poſt Parmenidis & aliorum
ſententiam, Platoni adſcribit in diuiſionibus

tria statuisse rerum initia, paruum, magnum, & quod horum medium est quod extremorum esset μῖγμα hoc est mistio. Diuisiones autem aut sophistam esse Alexander Aphrod. sensit: Nam quæ circunferebantur diuisiones Platonis non esse; aut non scripta Platonis dogmata, quæ ipse descripsit Arist. id quod magis placet Ioãni Philopono in eius libri cõmentario.

λβ.

ΣΤερήσει μὲν ἀνάγκη διαιρεῖν. καὶ διαιροῦ-
” σιν οἱ διχοτομοῦντες. οὐκ ἔστι δὲ διαφορὰ
” στερήσεως. ᾗ στέρησις, ἀδύνατον γὰρ εἴδη εἶναι τοῦ
” μὴ ὄντος οἷον τῆς ἀρθίας ἢ τοῦ ἀπτέρου, ὥσπερ
” πτερώσεως καὶ* ποδῶν. δεῖ δὲ τῆς ἀκολούθου δια-
” φορᾶς εἴδη εἶναι. εἰ γὰρ μὴ ἔσται, διατί ἂν εἴη τῶν
” καθόλου, καὶ οὐ τῶν καθέκαστον. τῶν δὲ διαφο-
” ρῶν, αἱ μὲν, καθόλου εἰσὶ, καὶ ἔχουσιν εἴδη. οἷον
” πτερότης, τὸ μὲν γὰρ ἄσχιστον. τὸ δὲ ἐσχισμένον
” ἐστὶ πτερὸν, καὶ ποδότης ὡσαύτως, ἡ μὲν πολι-
” σχιδὴς. οἷον τὰ δίχηλα, ἡ δὲ ἀσχιδὴς καὶ ἀδιαί-
” ρετος. οἷον τὰ μώνυχα, χαλεπὸν μὲν οὖν δια-
” λαβεῖν καὶ εἰς τοιαύτας διαφορὰς, ὧν ἐστιν εἴδη.
” ὥστε ὁτιοῦν ζῶον ἐν ταύταις ὑπάρχειν, καὶ μὴ
” ἐν πλέοσι ταυτόν. οἷον πτερωτὸν καὶ ἄπτερον.
” ἔστι γὰρ ἄμφω ταυτόν. οἷον μύρμηξ, καὶ λαμπυ-
” ρὶς, καὶ ἕτερά τινα.

*ποδότητος.

Priuatione

XXXII.

PRiuatione item diuidere ita necesse est. & quidem id faciũt qui seorsum in duo secant. at priuationis, qua priuatio est, nulla est differentia. non enim fieri potest vt species eius sit, quod non est velut impedati, aut impennati, sicut pennati, & pedati, differentia autem vniuersalis species habeat necesse est. Nam nisi habeat, cur vniuersalibus potius adnumerari, quàm singularibus debeat? sed quanquam sunt differentiæ, quæ vniuersales sint, & species habeant, vt pennatus, cum pennarum alia fissa, alia continua sit: pedatus etiam partim multifidus est, partim bifidus, quod in bisulcis animalibus patet: partim continuus nulla fissura diductus, qualis eorum est, quæ solidam habent vngulam, tamen difficile est vel in eiusmodi differentias, quorum species sunt dispartire, vt quoduis animal contineatur in ijs ipsis, nec idem in plures veniat, vt pennatum & impennatum. ambo enim hæc in eodem specie possunt contineri, vt formica, vt Nitedula, siue Circindela; & alia quædam vtrunque recipiunt.

TErtia hæc ratio est, qua probat platonicam illam in duas differẽtias partitionẽ, quæ διχοτομία græcè dicitur ineptissimam esse ad species inueniendas, & cognoscendas. quocirca Comm.

hæc ẽt inſtantia eſt impoſsibile negociũ infir-
mãs. nã qui diuidendo genere duabus differen
tijs, ſpecies ꝑſcrutatur, multas differẽtias in di
uiſione ponere cogũtur, quæ priuationes ſunt.
nã ſi animal in ſanguineum, & exangue partia
mur, alterã differentiã ſumpſiſſe nos perſpicuũ
eſt, q̃ priuatio eſt. eſt enim ἄναιμον quod exan
gue dicimus τῦ ἐναίμου hoc eſt ſanguinei pri-
uatio. quod ſi priuationis nullæ poſſunt eſſe
ſpecies: eſt enim priuatio eius, quod eſt priua
tio, quare neque etiam eſt: ſequitur ſine vlla du
bitatione diuiſionis finem pręcidi, vt ex ea nul
la poſsit inueniri ſpecies. nam in ipſo (vt a-
iunt) impingit limine. quare neque vlterius
poteſt progredi. differentiam autem ait non
eſſe priuationis, quia priuatio eſt. aut accipiẽs
differentiam pro ſpecie, vt animaduertit Ephe
ſius, quod mihi nõ adeò probatur. aut hoc ſen
ſu intelligens non eſſe priuationis differentiã,
id eſt poſt priuationem nullas alias eſſe poſſe
differentias, quæ priuantem differentiam par-
tiantur, quamobrem cum vlterius progredi nõ
liceat ab incepta partitione deſinere fruſtratos
oportere: aut etiam hac ſententia. Nullam dif
ferentiam eſſe priuationis, hoc eſt nullam pri-
uationem. quia priuatio eſt differentiam eſſe
poſſe. quocunque autem modo intelligantur
ratio ſequitur, quæ probat, quod poſitum eſt.

Cur

Cur autē dixerit priuationis quia priuatio est; in causa esse putarim, quòd priuatio dupliciter accipi potest. nam & priuationem possumus intelligere simpliciter, & illud, quod priuatione nonnunquam significatur. potest enim aliqua esse differentia, quæ nomen habeat, & quæ in eorum, quæ sunt, ponatur numero, significetur tamen priuatione, quo sensu fortè dictum est ab Aristotele libro secundo de Naturali Auscultatione priuationem esse aliquo modo formam. adde quòd è duobus contrarijs, quod ignobilius, ac inferius est, sæpissimè ab Aristotele priuatio dicitur. sed hoc in præsentia nostra non interest. satis est priuationis, quia nō est, cū illud, quod sit tollat è medio, nullas species esse posse. nam si impedatum, vel inalatū pro differentijs statuamus, cùm speciebus sint destituta ineptè facimus. non enim differentiæ sunt. haberent enim alioquin species (ἀποδίαν autem & ἄπτερον Gaza vertit impedatum, & inalatum nouè quidem sed significanter, & aptè. & impedatum dixit τὴν ἀποδίαν. nam si impedationem, aut impediam dixisset, offendisset magis eruditorum aures) probauit hactenus priuationis nullas species esse, quòd autē esse deberent, vel inde confirmat, quòd differētia, quæ vniuersalis est, quæq. de pluribus, quæ sub se sunt, enunciatur, species habeat necesse *Comm.*

 est.

est, hoc enim vniuersalis differentiæ natura postulat, vt plures sub se, de quibus dicitur cōprehendat species. nam alioquin singularis esset: sed si singularis est, cur vniuersalis loco sumitur, vt per eam species extremæ constituantur? hæc omnia sanè inepta sunt, & rem, quæ fieri non potest aggrediuntur. quamobrem cōcludere oportebit. diuisionem nihil posse, in exquirendis, aut inueniendis vltimis animalium formis. post tertiam autem rationem, quam hactenus explicauimus, ponit & quartā, quæ ἀντιπαράστασις hoc est obsistentia esse videtur. nam quoniam qui Platonem, aut Speusippum tuebantur fateri poterant, priuationes non esse ad inueniendas species idoneas, esse tamen alias differentias, quæ priuationes non sunt, quibus nihil impedit ad extremas species pateri progressum. ideò inquit Aristoteles, vt hoc etiā tribuamus alia tamen absurda sequentur. Nam verum quidem hoc est esse plures differentias, quæ vniuersales sunt, & species habent, vt pennatum, quod & in illud pennatorū genus diuiditur, quod fissas habet pennas: & in illud, quod cōtinuis alis peruolat, quale genus nocturnum, & vespertilionum est & insectorū aliquorum, quæ alarum loco membranas habent quibus ad volandum vtuntur. vt pedatū, quod diuiditur in illud animaliū genus, quod

fissis

fissis incedit, ac multifidis plantis, & in illud, quod bifidos habet pedes, & in illud, quod solidam habet vngulam. sed quanquam hæ differentiæ species habeant, tamen difficile admodum est ita partiri, vt singulæ animalium species, in singulis etiam differentijs contineantur. non autem in binis, aut etiam pluribus. nã si animal in alatum, & in inalatum diuidimus, quoniam formicarum aliæ sunt, quæ alas habent; aliæ, quæ ijs destitutæ sunt, fit, vt genus illud vtraque differentia contineatur. at quàm absurdum est in binis differentijs singulas contineri species, nemo est, qui negat, quo fit vt quoquo velimus diuidendi rationem accommodare, minimè reperiamus idoneam ad species vllo modo constituendas, hæc Aristoteles hoc loco, sed in secundo Poster. Analyticorum quanquam de hoc diuisionis genere, quo de agitur, non loquatur eo in loco, alijs atiam quibusdam vtitur, quæ videndæ sunt. non parùm enim hunc locum illustrant. illud adnotandũ in græco contextu non ita legi, quemadmodũ Gaza conuertit: quanquam eadem sententia est. verbum autem è verbo Priora verba sic legenda, differentiarum autem aliquæ quidẽ vni-
" uersales sunt, & species habent, vt. c. Posterio-
" ra autem. difficile quidẽ igitur partim in eius-
" modi differentias. hæc quidem fidelis translatio sed

tio sed inepta illa Gazæ & sententiam melius exprimit, & elegántior est.

λγ'.

*ἢ ἀδύνατον.

» ΠΆντων δὲ χαλεπότατον* ἢ στὰ ἄναιμα. ἀναγκαῖον γὰρ τὴν καθέκαστον ὑπάρχειν τινί, τὴν διαφορῶν ἑκάστην. ὥστε καὶ τὴν ἀντικειμένην. εἰ δὲ μὴ ἐνδέχεται τοῖς εἴδει διαφέρουσιν ὑπάρχειν εἶδος τι τῆς οὐσίας ἄτομον καὶ ἕν. ἀλλὰ διαφορὰν ἕξει. οἷον ὄρνις, ἀνθρώπου. ἡ διποδία γὰρ ἄλλη καὶ διάφορος. κἂν εἰ ἔναιμα, τὸ αἷμα διάφορον, ἢ οὐδὲν τῆς οὐσίας τὸ αἷμα θετέον. εἰ δὲ οὕτως ἔχει, ἡ μία διαφορὰ δυσὶν ὑπάρξει. εἰ δὲ τοῦτο, δῆλον ὅτι ἀδύνατον στέρησιν εἶναι διαφοράν.

XXXIII.

» *Omnium verò difficillimum, imo impossibile est, vt in ea, quæ sanguine carent ita diuidamus. differentiam enim vnamquanque in aliquo singulari inesse, & proinde oppositam necesse est. quod si fieri non potest, vt iis, quæ specie inter se differunt, species aliqua indiuidua, vnaq. insit, sed differētiam intercedere necesse est, vt auis ab homine differt. bipedis enim ratio alia, diuersaq. est. vel si sanguine cōstant, sanguis discrepat ipses nisi pro nulla essentiæ parte debeat haberi. sed si hoc ita est, differentia vna duobus inerit. quod si ita sequitur, apertum iam est impossibile esse, vt priuatio sit differentia.*

Hoc

HOc ad illud refertur, quod proximè positum est, nō ad superiora vt putat Ephesius. cum enim dixisset difficile esse partiri in differētias eiusmodi, vt eadem species duabus differentijs nō dispescatur: addit, difficillimū esse in insanguinea intellecto superiori verbo διαλαβεῖν hoc est distribuere. exanguium autem nomine omnes possumus differētias intelligere, quæ priuationes sunt, quales ἄποδον, ἄπτερον, & huiusmodi alias. cur autem difficillimum sit partiri in differētias, quarum altera priuatio sit, vel ex eo perspicuum est, quòd cum in alijs differentijs, quarum vtraque habitus est, sæpissimè accidat, vt eadem animátium species duabus differentijs contineatur, in his necesse est ita accidere, vt in quauis specie, non modo altera, sed & altera, quæ priuans dicitur differentia sit. Nā cum omnes ferè differentiæ, quæ priuatione & habitu partiūtur nullas habeant species, quę vno nomine conueniant, fit, vt plura ab ijs cōprehendi videantur, quæ tamen tàm vni, quàm alteri tribuuntur differentiæ. vt si Animal in sanguineum & exangue diuidamus; quoniam nullas habent nominatas species potest sub ijs aquatile animal contineri & terrestre. atque & terrestre, & aquatile sub vtraque differentia reperitur. Nam & terrestrium sunt, quæ sangui-ne *Comm.*

ne carent, & quæ ſanguinea ſunt, & aquatilia eadem ratione, ita igitur fit, vt cum in alijs differentijs, quæ habitus ſunt, & nominatas habēt plerunque ſpecies, ſæpenumero accidat, vt eadem ſpecies duabus contineatur differentijs: in ijs quæ & nomine carent, & habitus ambæ non ſunt, neceſſariò hoc contingat. quamobrem non ſine ratione poſuit Ariſtoteles in his difficillimam eſſe partitionem. hanc ego puto horum verborum eſſe ſententiam. nam quam affert Epheſius haud ſatis probo. ait enim, probari fieri nullo modo poſſe, vt priuans differentia ſpecies non habeat. nam ſi altera, quæ habitus eſt ſpecies continet, vt ſanguineum: altera etiam, quæ ei contraria eſt, habere oportere, vt exangue. ſed hæc & ſuperius probata ſunt, & cum ſuperioribus malè cohærent. his ita poſitis aliud ponit, vt omni ex parte confirmet priuantem differentiam inueniendis formis eſſe ineptiſsimum. imo etiam in vniuerſum omnē bipartitam diuiſionem. quod enim ait εἰ δὲ μὴ tam ad illud, quod proximum eſt, quàm ad id, quod paulò remotius, referendum eſt. cum enim dixerit χαλεπὸν μὲν οὖν, addidiſſetq́. χαλεπότατον δὲ, iure addit εἰ δὲ μὴ, hoc eſt, ſin autem verum hoc non eſt, ita partitionibus platonicis euenire, vt eadem ſpecies diuerſis contineatur differentijs: aliud quid accidet, quod

peius

peius est,& absurdius; vt omni ex parte sint angustiæ. nam accidet eandem differentiam specie differentibus animalibus inesse. nam si hoc non fatentur aduersarij, quòd quando animal per alatum,& inalatum diuidimus, eadem species in vtraque differentia collocetur; eò incidunt,vt eandem differentiam duabus,aut pluribus, ijsq. diuersis speciebus inesse fateantur. Nam alatum & insectis quibusdam conuenit, & auibus,& vespertilionum generi. & hæc inter se haud parùm differunt animalia. diuersæ enim alæ insectorum, & vespertilionum sunt ab ijs,quæ auium propriæ sunt. eadem ratione si animal partiemur in pedatum,& in impedatum,rursus pedatum in multipes,& paucipes: paucipes in bipes, & quadrupes contingit diuersas species vna differentia contineri, vt auem & hominem bipedis differētia, quam Aristoteles διποδίαν vocat: cum tamen constet hae bipedis rationę non minimum ab homine discrepare volucres. hoc idem autem deprehēdimus manifestò & in alijs quibusque. nam & sanguineum,quod pro differentia sumitur plures animalium cōtinebit species inter se ea sanguinis ratione discrepantes: alia enim est humani sanguinis substantia,& hircini, seu caprini, nisi inquit fortasse dicatur sanguineum ad substantiam non pertinere, quod falsum est.

cum

cum in quoque corpore, queadmodum & cæteræ similares, aut dissimilares partes, ita & sanguis ad substantiam non parum conferat. quæ cum ita sint perspicuum est vnam eandemq. indiuiduam differentiam duabus inter se diuersis formis existere. quod si ita est, omnem diuisionem, & eam præsertim, quæ priuatione fit, impossibilem esse comperimus. hæc Aristoteles. cur autem cum de omnibus differentijs superius loqueretur, de priuationis differentia concludat tantum, in causa est quòd & principio de priuatione loquebatur, ac verbis quibusdã interpositis alias etiã differentias absurda quędam habere probasset: mox ad eiusdem priuationis impossibile redijt, vt primum ferè propositum de illa fuisse videretur. his ita explicatis, accipienda non est Ephesij declaratio, quæ, vt opinor Aristotelis verbis non adeò accõmodatur. sic enim verba continuat. vt sententia sit. sin autem non contingat, vt duabus speciebus eadem differentia sit, vt aui, & homini: erũt sanguinei aliquæ species. sic autem & in sanguinei erunt species (sic enim lego apud illũ quanquam excusum sit τῶ ἐναίμου) quod falsum est. priuationis enim nullæ sunt species. quare manifestum est diuisionem per priuationem explodendam esse. sed an hæc Aristotelis sententiam attingant, videant, qui iudiciosiores

ſiores ſunt. Gazæ etiam tranſlatio (niſi fallor)
cum expoſitionem ſequatur Epheſij corrigen
,, da eſt hunc in modum. Quod ſi fieri non po-
,, teſt, accidit ijs, quæ ſpecie inter ſe differũt ſpe
,, ciem aliquam ſubſtantæ indiuiduam, vnamq.
,, eſſe, & quæ ſequuntur.

λδ´.

,, ἜΣονται δὲ διαφοραὶ ἴσαι τοῖς ἀτόμοις ζώ-
,, οις, εἴπερ ἄτομά τε ταῦτα, καὶ αἱ διαφο-
,, ραὶ ἄτομοι. κοινὴ δὲ μή ἐστιν, οἱ δ' ἐνδέχεται μὴ
,, ὑπάρχειν κοινήν, ἄτομον δέ, δῆλον ὅτι κατά γε
,, τὴν κοινήν. ἐν τῷ αὐτῷ ἐστὶν, ἕτερα ὄντα τῷ εἴ-
,, δει ζῶα, ὥστ' ἀναγκαῖον εἰ ἴδιαι αἱ διαφοραὶ εἰς
,, ἃς ἅπαντα ἐμπίπτει τὰ ἄτομα. μηδεμίαν αὐ-
,, τῶν εἶναι κοινήν, εἰ δὲ μὴ ἕτερα ὄντα, εἰς τὴν αὐ-
,, τὴν βαδιεῖται. δεῖ δὲ οὔτε τὸ αὐτὸ καὶ ἄτομον εἰς
,, ἑτέραν καὶ ἑτέραν ἰέναι διαφορὰν τῶν διῃρημέ
,, νων. οὔτ' εἰς τὴν αὐτὴν ἕτερον. καὶ ἅπαντα εἰς
,, ταύτας. φανερὸν τοίνυν. ὅτι οὐκ ἔστι λαβεῖν
,, τὰ ἄτομα εἴδη ὡς * διαιροῦνται, οἱ εἰς δύο διαι- *διανοοῦν-
,, ροῦντες τὰ ζῶα. ἢ καὶ ἄλλο ὁτιοῦν γένος. καὶ ται.
,, γὰρ κατ' ἐκείνους, ἀναγκαῖον ἴσας τὰς ἐσχά-
,, τας εἶναι διαφορὰς πᾶσι τοῖς ζώοις τοῖς ἀτό-
,, μοις τῷ εἴδει. ὄντος γὰρ τοῦ δέ τινος γένους, οὗ δια
,, φοραὶ πρῶται τὰ * λευκά. τούτων δὲ ἑκατέ- * λευκὸν
,, ρου ἄλλαι, καὶ οὕτως εἰς τὸ πρόσω ἕως τῶν ἀτό- καὶ τὸ μέ
,, μων αἱ τελευταῖαι τέσσαρες ἔσονται. ἢ ἄλλο λαν.
,, τι πλῆθος τῶν ἀφ' ἑνὸς διπλασιαζομένων. το-
σαῦτα

„ ταῦτα δὲ καὶ τὰ εἴδη, ἔστι δὲ ἡ διαφορὰ, τὸ εἶδος „ ἐν τῇ ὕλῃ. οὔτε γὰρ ἄνευ ὕλης οὐδὲν ζώου μό- „ ριον οὔτε μόνη ἡ ὕλη. οὐ γὰρ πάντος ἔχον σῶ- „ μα, ἔσται ζῶον. οὐδὲ τῶν μορίων οὐδὲν, ὥσπερ „ πολλάκις εἴρηται.

XXXIIII.

„ *Quin etiam totidem differentiæ erunt, quot* „ *animalia indiuidua, siquidem & ea ipsa* „ *indiuidua sunt, & differentiæ indiuiduæ.* „ *neque ulla differentia communis est. quod si ita* „ *fieri potest ut non communis, sed indiuidua sit, cõ* „ *stat quæ diuersa sunt specie animalia in eodẽ per* „ *illam quidem communem contineri. itaque ne-* „ *cesse est, ut si propriæ sint differentiæ, in quas o-* „ *mnia indiuidua cadant, nulla communis sit. sin* „ *minus, quæ diuersa sunt uenient in eandem: cum* „ *neque indiuiduum idem diuersas per distinctionẽ* „ *adire debeat differẽtias, neque diuersa eandem,* „ *atque omnia in iis ipsis oporteat contineri. Spe-* „ *cies igitur indiuiduas colligi ita non posse, ut di-* „ *uidunt, quæ Animalia, aut quod uis aliud genus* „ *seorsum in duo secant, apertum iam est. fit enim* „ *autoribus illis, ut ultimas differentias totidem* „ *esse, quot animalia omnia indiuidua specie, neces-* „ *se sit. Cum enim genus aliquod sit, cuius differen-* „ *tiæ primæ album, & nigrum habeãtur, atque eo-* „ *rum utrorũque aliæ sint itidemq. ulterius usque* „ *ad indiuidua, efficitur profectò, ut ultimæ, aut*

quatuor,

quatuor, aut aliquo numero eliciantur, videlicet
„ *qui ab vno multiplicari possit, totidẽ autem spe-*
„ *cies quoque erunt; cum differentia species sit in*
„ *materia: neque enim sine materia pars vlla esse*
„ *potest animalis, neque sola materia: non enim*
„ *quoquomodo habens quid corpus, animal est; nec*
„ *partium vlla, vt sæpius dictum est.*

ALia ratio, qua bipartita Platonis diuisio infirmatur, quæ *ἀντιπαράςασις* est, nam cum fieri nullo pacto possit, vt ad extremas quasque species deueniatur, tamen tribuit tandem aliquando deueniri, & alio tamen absurdo rem vrgeri. Nam si extremas, inquit, species sumendis differẽtijs sigillatim inuenienimus, differẽtiæ æquales erunt formis, quorum differentiæ sunt. Nã cum species indiuiduæ sint, itidem & differentiæ fuerint indiuiduæ: vt hac ratione postquã diuisione extremas species tetigerimus, tot afferamus differentias, quot etiam species sunt. fit autem hoc, quia cum extremas inueniamus differentias, quas in alias diuidere nequeamus, totidem illas esse necesse est, quot etiam species. (hoc quàm absurdum sit declarabimus postea.) quòd si accidet nullam differentiã cõmunem esse, sed indiuiduam, quæ species constituat: (posset enim fortè duarũ, aut plurium specierum esse aliqua communis differentia)

fieri demõstrat, vt sub eadem differentia diuersæ species constituantur, quod fieri non posse superius probatum est. quãobrem necesse esse, vt si propriæ sunt differentiæ, ac indiuiduæ, totidemq́. quot species sunt, nulla communis reperiatur: nam si fuerit aliqua communis differentia, quod superius dictum est, euenit. duas scilicet diuersas species in vna differentia, quæ ipsas constituat, reperiri: Hoc autem summo iudicio fit ab Aristotele. nam cũ probarit nullam differentiam communem posse extremas species efficere, cõfirmat necessariò extremas differentias indiuiduas, quemadmodum & species sunt, esse oportere. quod cùm reiecerit, nihil erit reliqui in diuisione Platonica. atque quando ait, non posse esse communem differẽtiam, eius etiam meminit, quod superius statutum est. Nam neque vnam differentiam diuersis speciebus inesse præcipit; neque vnam speciem in diuersis differentijs scissam reperiri. hæc enim omnia fieri non posse probata sunt. quæ cum ita sint non iniuria concludit, quod sibi propositum est, hoc est, fieri non posse, vt species animalium hac diuidendi via, & ratione reperiri possint, ac colligi. non pauca enim sunt, quæ rem impediunt, & omninò reddunt impossibilem. nam vt cætera omittamus, accidit vt differentiæ totidem sint, quot etiam species

cies indiuiduæ. hoc autem absurdum est. Sed cur absurdum censeat hoc Aristoteles quærendum est, an quia differentiæ plures debent sub se continere species, cum illarum proprium sit de pluribus, quæ specie discrepant, enunciari: quando autem singulæ differentiæ singulis speciebus accommodantur, non de pluribus, sed de vna dicũtur solum? an quòd præter hoc indiuiduæ species nõ vna tantum differentia ab alijs discrepant, sed innumeris ferè. non enim solùm fissipes exempli causa humanam speciẽ constituere satis est, cum in hac sint & aliæ species, quæ conueniant; sed bipes, aptitudo ad docendum, & huiusmodi? Nam non alia ratione Speusippus, vt est in secundo Post. Analyticorum volebat omnia cognita esse ei, qui genera vellet in species distribuere, quàm quòd innumeræ sunt differentiæ, quibus ab omnibus alijs rebus res quæque differunt. an etiã quòd differentiæ esse nõ possunt indiuiduæ quæ species constituant? Nã species à differentijs minimè discrepabunt, cum extremæ formæ species materiatæ sint; à materia enim recipiunt, vt indiuiduæ & vocantur, & sint: quod idem & differentijs accidit. Nã si extremæ sint res indiuiduæ, in materia erũt necessariò. atqui hoc modo dicere non possumus bipartita diuisione per differentias ad extremas deuentum esse

cies. an inquam, vnum ex his absurdis in Aristotelis sententia confirmanda valet, an simul omnia, quemadmodum ex cõtextu colligitur? in quo postquam dixit, sequi, indiuiduas fore differentias, rationem affert apertissimá. Cum enim genus, inquit, aliquod sit, vt exempli causa, Animal, quod bipartitò diuidamus vt peral bum, & nigrũ, quæ differentiæ per alias & ipsæ diuidãtur, rursumq́. hæ per alias, donec ad extremas species multiplicata diuisione bipartita veniatur: extremæ differentiæ quatuor erũt, aut quotlibet ex hac multiplicata diuisione possunt elici, seu quatuor, seu sex, seu decem: certè illud accidit, species etiã totidem esse, quod probare instituerat, imò præter differẽtias nullas esse species, cum differentię extremæ, illeq́. indiuiduæ species sint. est enim, inquit, differẽtia forma in materia. nam si bipes extrema sit hominis differentia: bipes etiam ipsa species appellabitur, quę cum esse re vera necesse sit, in materia erit necessariò. omnes enim res, quæ sub sensum cadunt, materiam habent, & formam, quę duo rerum principia sunt, quorumq́. alterũ alterius ita eget, vt sine illo manere nequeat. nã neque animalis membrum sine materia est forma tantùm, neque materia solùm sine forma, sed materia, & forma constat: forma, inquã, quæ anima est. nõ enim quia corpus

est

eſt,animal eſt, aut aliquod membrum ideò animalis membrum, quia corpus ſimpliciter eſt, ſed quia animatum eſt. nam ſæpenumero dictum eſt animal mortuum homonymè, & impropriè animal appellari. His ita poſitis perſpicuum eſt, extremas differentias indiuiduas, hoc eſt cũ ſpeciebus æquales eſſe non poſſe, quãob rem partitiones eiuſmodi nihil poſſe in formis animalium. Hæc eſt meo iudicio verborũ Ariſtotelis plana ſententia, quam malè (vt opinor) intellexit Michael, & qui eũ ſequitur Leonicus. ſed Michaelis duplex erratũ. Cũ enim putet adhuc probari ab Ariſtotele priuationis, quia vt differentia ſumitur, ſpecies eſſe oporte-
» re. Verba illa, Quod ſi fieri poteſt, vt non communis &c. ita declarat, vt ſententia ſit. quod ſi fortaſſe dixerit aliquis quãdo indiuiduæ ſumũtur differentiæ, nullas eſſe priuationis ſpecies, tamen ſecundum cõmunem differentiam eueniet, vt priuationis ſpecies ſint. perinde enim ait valere, diuerſæ ſpecies erunt ſub eadem dif-
» ferentia, atque priuationis ſpecies erunt. Sed hęc malè, niſi fallor, dicta ſunt. ꝑpterea quod non eſt amplius Ariſtotelis propoſitum demõſtrare priuationis eſſe ſpecies, quando vt differẽtia ſumitur. ſi quid enim de priuationis differentia dicturus erat, abſoluit paulò ante. Addo quòd non ita obſcurè loquutus eſſet vt loco

erunt priuationis species. diceret, erũt diuersę species sub eadem communi differentia. præterea absurdum idem ponit, quod etiam supra in eadem differentia species diuersas collocari. Labitur & paulò post, & secum trahit Leonicum. nam vbi ait Aristoteles differentiã formam esse in materia. materiam accipiunt pro
" genere, eò quòd proportio inter materiã, & genus, aliqua est. sed quomodò hoc potest intelligi, cũ addat Aristoteles, sine materia animalis membrum non esse, neque materiã solam? certè non vt ait ille, neque sine forma materiam esse, neque sine differentia genus. hæc enim nimis distorta sunt, & minimùm consentanea. adde ꝙ malè diceret summus auctor, si cum differentiam in genere esse, dicere vellet, dixisset esse formam in materia. nam quod ait Ephesius, dici formam in materia, id est vt formam in materia, perfugium est parùm commodum. mitto alia, quæ dici possunt. nã Aristotelis verba cuique suggerunt, argumenta, præsertim si græca legantur. Sed fortè dubitarit aliquis cur dicat Aristoteles extremas species esse indiuiduas, atque in materia, cũ & ipsæ mentis notione vniuersales sint, quemadmodũ & genera, & differentiæ: cùm sola singularia sint, quæ in materia sunt. nam si quatenus re vera sunt inspiciamus, nõ magis species quàm genera,

genera,& differentiæ in materia erunt: vniuer salia enim quód sunt, singularium est. Sanè hâc opinor esse rationem. extremæ species cum in alias species non diuidantur, aut in aliam diuer sa specie ἄτομα ἢ εἴδη hoc est indiuidua specie appellantur. & quanquam vniuersalia sint, quemadmodum & genera,& differentiæ, tamē quoniam immediatè (vt ita dicam) in singula ribus,& ī materia sunt, idcirco magis ijs, quàm aut generibus, aut differētijs in materia esse dici conuenit. hominis enim species statim & sine vllius interuentu in Socrate est, hoc est, in singulari materia; animal autem,& bipes non itidem. nam quamuis hæc in singularibus con sistant, tamen non sine medio. nihil enim aut animal, aut bipes est, nisi aut auis, aut homo sit. qua ratione Aristoteles vrget Platonicos absurdo, quòd differentiæ æquales speciebus sint, quam rationem vel ideo validiorem existi mo, quòd si species, nisi ab indiuiduis differen tijs,& ijs, quę speciebus ęquales sunt, effici nequeant, de his etiam quæri potest à quibus con stitutæ sint. nam in ijs illa etiam consequan tur absurda, quæ in specierum constitutione se qui probatum est. restat igitur, vt à paribus, qⷷ si à paribus, & indiuiduis, de ijs rursum quæri potest à quibus fluxerint, vt hac ratione infinita euadat quæstio.

λε'.

Ἔτι διαιρεῖν χρὴ τοῖς ἐν τῇ οὐσίᾳ καὶ μὴ τοῖς συμβεβηκόσι καθ' αὑτό. οἷον εἴ τις τὰ σχήματα διαιροίη, ὅτι τὰ μὲν, δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ἔχει τὰς γωνίας. τὰ δὲ, πλείοσι. συμβεβηκὸς γάρ τι τοῦ τριγώνου, τὸ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ἔχειν τὰς γωνίας. ἔτι τοῖς ἀντικειμένοις χρὴ διαιρεῖν. διάφορα γὰρ ἀλλήλοις τἀντικείμενα. οἷον λευκότης καὶ μελανία, καὶ εὐθύτης καὶ καμπυλότης. ἐὰν οὖν θάτερα διάφορα ᾖ, τῷ ἀντικειμένῳ διαιρετέον, καὶ μὴ τὸ μὲν νεύσει, τὸ δὲ χρώματι. πρὸς δὲ τούτοις, τά γ' ἔμψυχα τοῖς κοινοῖς ἔργοις τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς. οἷον καὶ ἐν ταῖς ῥηθείσαις νῦν πορευτικὰ καὶ πτηνά, ἔστι γάρ τινα γένη. οἷς ἄμφω ὑπάρχει, καὶ ἔστι πτηνά. *καθάπερ καὶ τὸ τῶν μυρμήκων γένος. καὶ τῷ ἀγρίῳ καὶ τῷ ἡμέρῳ *διαιρεῖσθαι. ὡσαύτως καὶ ἂν δόξειε ταὐτὰ εἴδη διαιρεῖν. πάντα γὰρ ὡς εἰπεῖν, ὅσα ἥμερα, καὶ ἄγρια τυγχάνει ὄντα. οἷον, ἄνθρωποι, ἵπποι, βόες, κύνες, ἐν τῇ ἰνδικῇ ὗες, αἶγες, πρόβατα. ὧν ἕκαστον, εἰ μὲν ὁμώνυμον, οὐ διῄρηται χωρίς. εἰ δὲ ταῦτα ἓν εἴδει, οὐχ οἷόν τε εἶναι διαφορὰν τὸ ἄγριον καὶ τὸ ἥμερον.

*καὶ ἄπτερα.

*διαιροῦσιν.

XXXV.

Ad haec diuidendum ijs rebus est, quae sitae in substantia sunt, non ijs, quae accidunt: vt si quis ita figuras diuidat, vt aliae Angulos pares duobus rectis, aliae pares pluribus habent. acci-

dit

" dit enim singulæ figuræ, vt pares duobus rectis an
" gulos habeat. Oppositis item diuidendum est. di-
" stant enim inter se opposita omnia, vt albedo, &
" nigredo, vt rectitudo, vt curuitas. quod si altera
" diuersa sunt, diuidendum per opposita est, & non
" ita, vt alterum natatione, alterum colore distin-
" guatur. Animata etiam communibus animæ, et
" corporis muneribus diuidenda sunt. quod in ijs
" etiam, quæ modò diximus patet. alia enim gressi
" lia sunt, alia volatilia. sunt enim nonnulla gene-
" ra, quibus datum vtrumque est, vt partim volu-
" cres, partim inuolucres sint, velut formicarum
" genus. atque etiam syluestris, vrbaniq. ratione
" ita diuidetur, quod error est. fit enim, vt quæ spe-
" cie sunt eadem, hæc distinguere videamur. Cum
" omnia, quæ vrbana sunt, eadẽ syluestria quoque
" reperiantur, vt homines, equi, boues, canes in ter
" ra Indica, sues, capræ, oues: quæ si æquiuoca sunt,
" non seorsum distincta sunt. sed si eadem specie,
" vnumq. sunt; iam fieri non potest, vt syluestre,
atque vrbanum pro differentijs rectè capiantur.

Haec omnia ἐκ περιουσίας hoc est, vt ita dicam, ex abundantia posita esse videntur. hactenus enim multis, ijsq. necessarijs probatum est rationibus, bipartitam illam Platonis diuisionem nihil posse in animalium formis colligendis: Comm.

dis: vt superuacaneum esse videatur, si ad eandem sententiam confirmandam aliæ afferãtur rationes. sed operæprecium est post validiora argumenta admonere etiam quibusdam, quæ & ipsa ad rem confirmandam aliquid sint. Primum igitur, quod admonet est, diuidẽdam esse ijs differentijs, quæ substantiam rei declarant: non autem ijs, quæ accidentariæ sunt. quãuis per se rei conueniant, & propriæ eius sint. Nã si quis figurarũ varia genera accidentibus quibusdam partiatur: vt figurarum aliæ pares habere duos angulos duobus rectis, alias pluribus: malè illum, & ineptè facere. hæc enim accidentia esse, quæ quanquam in *secunda ratione* dictionis per se vt in Analyticis admonuit, sunt, non tamen constituendæ speciei vim habere. Nam quæ speciem constituunt differentiæ, essentiales sunt, & prima ratione per sese dicuntur. nam rationis particeps, quod hominis differentia est, idcirco hominis speciem cõstituit, quod eius forma est res essentia, & per sese primo modo dicitur. hac autem ratione & in secundo Posteriorum Analyticorum nõ improbat Aristoteles diuisionis Methodum, imò ad inuenienda essentiæ attributa necessariã iudicat. Refellit ãt illud partitionis genus, quod omnes omnium rerum vel accidẽtiũ persequitur differentias, quippe quod & obscurum est,
&

& inutile. Alterum, quod admonet, est, oppositis differentijs diuidere oportere. Nam quæ sibi mutuo repugnant, ea re vera inter sese discrepare, vt albedinem, & nigredinem, rectitudinem, & curuitatem. nam quoniam repugnantia sunt, & diuersa esse necesse est. quod si differentia repugnantium diuersitas est, meritò si genus partitur, debet habere, cui contraria sit, & cum qua genus diuidat, quo fit, vt in optima diuisione non quaslibet differentias afferre necesse sit, sed eas, quæ repugnantes sunt, & diuidendi generis compotes. nam si quis in diuidendo animali differentias ponat, Natatile, & volatile, malè partitur. nulla enim est huiusce diuisionis necessitas, cum duæ hæ differentiæ repugnantes non sint. neque enim natatus vô latui aduersatur in aliquo repugnantiæ genere, neque cōtrà volatus natatui. hoc enim illud est, quod ait. oppositis diuidendũ esse eò quod opposita omnia inter se distent. Quod autem ἐὰν οὖν θάτερα διάφορα. sic accipiendum esse censeo, diuidendum esse genus oppositis differentijs, ex quibus si altera sit, quæ differētias contineat, illam etiam differentijs oppositis in species tribuendam esse. Tertio loco monet vitandum esse illud diuisionum genus, quod accidentibus quibusdam fit, quæ animæ & corporis communes sunt. nam fieri, vt eædem species

cies duabus ſectæ ſint differentijs, quod ſuperius improbatum eſt. vt ſi quis diuidat animal aliud volucre eſſe, aliud greſsibile (ſic dicimus τὸ πορευτικόν) nam ſic eſſe volucrum genera, quæ ſingula binis contineantur differentijs. quemadmodum & formicarum genus eſt, quarum aliæ greſsibiles ſunt, aliæ volatiles. quas autem vocet actiones, quæ animæ, & corporis ſunt; difficile non eſt intelligere. Nam actiones omnes, quæ viuenti corpori conueniunt, quia vitam habet, ab anima proficiſcuntur, quæ & vita eſt, & animati corporis forma. Cum autem corpore fiant, quippe quod inſtrumentale eſt, & actionibus obeundis accommodatum, corporis etiam eſſe dicuntur. quamobrem & in primo de Anima non ſine ratione dixit, Si quis dicat animam iraſci, perinde dicere, ac ſi etiam nere illam, aut ædificare dixerit: non enim animam eſſe, quæ iraſcitur, ſed hominem anima: quæ cum ita ſint, & Animalium motio cuius cuius generis ſit, Animæ, & corporis ſit, meritò exempli loco allata eſt. nihil autem refert, ſi non actio, ſed facultas allata eſt. (volucre enim, & greſsibile facultates ſunt.) quandoquidem à facultatibus proueniunt actiones, & facultates actionum facultates ſunt. hæ igitur actiones cum nullam habeant conſtituendi ſpecies vim, vitandæ ſunt ijs, quæ extremas

quærunt

quærunt animalium ſpecies, neque ſolum hæ' ſed & extraneæ magis aliquæ differentiæ, vt vrbanum & agreſte. nam & in his idem ait impoſsibile reperiri, quod & in illis. nam omnes ferè Animalium ſpecies & agreſtes, & vrbanæ ſunt. quales homines, equi, boues, canes in terra Indica, ſues, capræ, oues. quæ omnia Animalium genera, quáuis alioquin domeſtica ſint, & vrbana, tamen & agreſtia reperiuntur. Nam & hominum genus, quod diuinum eſt, habet & ipſum agreſtes, ac vagos, qui nulla ſocietate, nullis legibus continentur. de quibus plena ſunt omnia veterum, ac nouorum. Canes autẽ omnes præter Indicos, vrbanos videtur ſignificare. de quibus meminit libro de hiſtoria octauo. quos à cane & tygride gigni tradit, non ſtatim, ſed tertio coitu, alligatis canibus deſertis locis, quas niſi tygres flagrent libidine, ſępenumero lacerare ſolent. hæc autem animalia ſi nomine tantũ cõueniunt, & homonyma ſunt, nó ſeorſum, inquit, diſtincta ſunt. nam in vna ſtatuuntur differẽtia, vt ſi Animal in vrbanum, & agreſte diuidatur: vrbani differentia canem aiunt contineri, cum tamen canis homonymus ſit. Sic enim ego locum explico, non vt Leonicus. quod ſi non homonyma ſunt, ſed eadem ſpecie conſtant, cùm in vna ponantur differentia, tamẽ in vtraque ſunt. nam & canis, & ouis

in

in agrestis, & in vrbani differentia reperiũtur. quamobrem hæ, atque aliæ huiusmodi differentiæ reijciendæ sunt; quippe quæ cum nullius notitiæ causa sint obscuritatem, & incertitudinem pariunt non mediocrẽ. hæc erant in Aristotelis sententia adnotanda. Gazæ autem cõuersionem deprauatam esse arbitror. Nam in
„ ijs verbis, Animata etiam communibus corpo-
„ ris, & animæ muneribus diuidenda sunt. negã-
di particula manifestò deest. hunc enim diuisionis modum improbat Aristoteles. nisi fortè (quod nunquam dixerim) falsus sit doctissimus vir, cũ dicat Aristoteles τὰ δὲ ἔμψυχα τοῖς κοινοῖς ἔργοις τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς non addita negatione. series enim verborum hæc est. cum dixerit diuidendum esse repugnantibus, καὶ οὐ νοῦσει ἢ πεζεύσει addit πρὸς δὲ τούτοις τά γε ἔμψυχα τοῖς κοινοῖς ἔργοις τοῦ σώματος in quibus negatio quę superius posita est intelligitur, vt sit οὔτοις κοινοῖς ἔργοις &c.

λϛ´.

„ Ὅλως δὲ ὁποιανοῦν διαφορὰν μιᾷ διαιρεῖν
„ τι, τοῦτο συμβαίνειν ἀναγκαῖον.

XXXVI.

„ *Omninò quamcunque differentiam diuidis,*
„ *vna tantũ diuisione, id accidere necesse est.*

Hęc

HAec veluti coronis est superiorum: nam post refutatam Platonicam partitionem pluribus demonstratis, quę sequebantur, absurdis, statuit hoc loco omninò hoc contingere ei, qui vna diuisione partiendam sumit aliquam differentiam. hoc autem dicens, aut proximè demonstratum impossibile intelligit, aut etiam omnia, in quę eos incurrere dictum est: sed melius proximam intelligemus. nam qui post diuisum aliquod genus positam differentiam in duas velit iterum particulatim distribuere, nunquam faciet, quin in illud incurrat, quod dictũ est. nam eadem species duabus continebitur differentijs. vt si quis, cum animal in aquatile, & terrestre diuiserit, aquatile in alatum, & in alis carens partiatur, quod est διαφορὰν μιᾶ διαιρεῖν. formicam, aut aliam speciem vtraque cõprehendet differentia alati scilicet, & inalati. hactenus Aristoteles pluribus ijsq. fortibus argumentis Platonicam diuisionem refutauit, atque nihil posse ostendit in extremis formis animalium statuendis. Auerhoys autem has rationes in quatuor tantum redegit, seu quòd efficaciores esse putauit quatuor, seu etiam quod ita deprauatam habuit versionem horum librorum, vt ceteris malè intellectis quatuor tãtum potuisse satis habuerit. admonet autẽ, summo iudicio Comm.

indicio duas in animalium tractatione esse possse Methodos:alteram, quæ Geometrarum propria est,alteram,quę Astrologorum.illos enim diuisione statuere ea,in quibus agnoscendis occupantur. hos autem sensu præcipuè niti eò quod alia ratione difficillimum esset syderum motus,ortus,occasusq́. cognoscere ob vitę nostræ angustiam,in qua paucissima licet obseruare sensu,nedum ratione,& intelligentia contemplari. sed neutram per se huic Animalium scientiæ accommodari. nam eas species, quæ sub aspectũ cadunt pertractare singulatim longum esse, & perobscurum. preterquam quòd & eadem sæpenumero cogimur inculcare, *vt* ab Aristotele ostensum est,& demonstrationes afferre,quę primo,vt per sese rei,quam probandam suscipimus,non conueniunt. deinde etiã minimè posse extremas species sensus positione percipi,quod in astronomia cõtingit. quod si diuisione sola in statuendis extremis speciebus vtimur,fieri non posse,vt quod volumus assequamur,ab Aristotele probatum esse. Caussam autem,qua fit,vt in hac scientia diuisio imbecilla sit, putat esse, quod in physicis non ita res est vt in Geometria,aut Arithmetica. nam in physicis quæ nobis primùm cognita sunt,ea naturæ collata postremò nota videri. Contrà autẽ, quæ naturæ ratione prima sunt, nobis si confe-

conferantur extrema esse. primum enim nobis occurrere indiuidua, quæ sensibilia sunt: deinde animo eorum formas, & cogitatione cognosci: quæ tamẽ priores natura sunt quàm composita. Nã principia ijs, quæ ab ipsis proficiscuntur naturæ ratione priora esse. quæ cũ ita sint, si quis cum omnium ferè animalim genera oculis non lustrauerit, velit eorum essentiam diuisione statuere, quod Platonici facere profitebantur: illum rem, quæ fieri non potest aggredi. rem enim prius nosse oportere quid est, deinde quid illa sit exquirere, & definire. in Geometria autem, & Arithmetica longè aliter. Nam cum nihil in ijs sit, quod sensus feriat, quodq́. sensuum ope indigere videatur: fieri, vt quæ prima natura sunt, ea quoque cognitionis ratione prima sint: quo fieri vt in ijs diuisio plurimum valeat. non enim ignotarũ rerum, quemadmodum in physicis, sed notarũ partitionem fieri. hæc Auerhoys, & alia in hãc sententiam probè tradit: quæ obscurè ab eo, & barbarè dicta interpretis inscitia, clarius nos & magis latinè (nisi fallor) apposuimus.

λζ.

» Ἀλλὰ δεῖ πειρᾶσθαι λαμβάνειν κατὰ γένη τὰ ζῶα ὡς ὑφήγηνθ' οἱ πολλοὶ διορί-
» σαντες ὄρνιθος γένος καὶ ἰχθύος. τούτων δὲ
» ἕκαστον πολλαῖς ὥρισται διαφοραῖς.

Q *Quam-*

XXXVII.

,, *QVamobrem generatim sumere Animalia*
,, *tentandum est, vt à vulgo iam auctore di*
,, *stinctum est genus auis, piscis, cæterorum,*
,, *quæ singula multis describuntur. nec bipartita*
,, *illa sectione agendum est.*

CVm platonicorum de formis Animalium extremis inueniendis refutasset sententiam, suã nunc aperit, quæ eò verior est, quo vulgo probatior. solet enim plerunque in ijs præsertim rebus, quæ particulares sunt, & sensum feriunt, vulgi sententia verior esse, quàm eorum, qui rationibus omnia confirmant relictis sensibus. sed quæ sit hæc Aristotelis sententia in progressu horum librorũ, & eorum, qui de Ortu Animalium inscribuntur, facilè patet. nam ex his verbis non adeò clarè elicitur. vt non iniuria & à Galeno primo libro de ratione medẽdi dictũ sit Aristotelem hoc in loco μόγις ὑπόπτως καὶ δειλῶς ἀποφαίνεσθαι τὶ τολμᾶν. ita tamẽ intelligenda est. monet Animalium genera sumere eo modo, quo & vulgus sumit, & nominat: vt exempli causa, aues, pisces, crustata, testata, mollia, insecta, & id genus alia; quæ singula singulis etiam appellationibus vulgo auctore donata sunt. Propterea quod quę sub singulis

gulis generibus species sunt omnibus ferè mẽbris conueniunt, nisi quòd secundum magis, & minus differant. nam quæcunque Animalia excessu, & defectu discrepant: vni subiecta esse generi docebit ipse paulò post. sumere igitur oportet hæc genera, q̃ ita vulgo cognita sunt, ac vnum ab altero diuidere, ac separare. Nam cum aues à piscium genere nõ excessu, aut defectu differant, sed maxima membrorum dissimilitudine, necesse est alterum ab altero genere separare, & seorsum pertractare. & quia singulæ species, quæ vno nomine comprehendun tur, plurimas habent & ipsæ, quibus differant rationes, quæ tamen ad magis, & minus referuntur: idcirco admonet has species plurimis differentijs describi, quæ physicis cognoscẽdæ sunt. has preceptiones videmus ab ipso seruatas in his libris, in ijs, qui de generatione, & historia, in libris de Motu, de spiratione de Incessu, ac alijs. imò ita clarè se hanc viam, & rationem seruaturum pollicetur paulò post, vt mirandum sit quomodo fuerint, qui locum hũc perperam intellexerunt. & sanè libro primo de Animalium historia diuisionem hanc animalium facit: vt alia sint aues, alia pisces, cæte alia, quæ omnia sanguinea sint. rursum aliud esse genus τῶν ὀςρακοδέρμων idest crustatorũ: alind testaceorum, quo genere capri Astachi.

& alia huiusce generis continentur. Mox genus esse mollium, quæ græcè μαλάκια dicimus, sub hoc esse lolligines, sepias, polypos. hæc omnia carere sanguine. deinde esse genus eorũ, quæ insecta nominant, eaq. plures habere species, paulo magis, quàm quæ suprà positæ sunt discrepantes inter sese. rursum sanguineorum genus, quorum alia oua pariunt, alia animal. hæc non omnia pilis esse tecta; illa omnia cortice quodam esse munitą quem φολίδα græcè dicimus. horum autem omnium generum, & aliorum, quæ nomine carere videntur affectus, mores, ortum, naturam, figurà quadam enarrat in libris de historia singula quæq. generatim explicans. in alijs autem libris, in quibus exquisitior est docendi ratio horũ omnium causas reddit eodem pęnè ordine. Nam cum in his libris omnes Animaliũ partes tam eas, quæ similares, quàm quæ disimilares appellantur explicet, à nobilioribus primũ videtur animantibus initium sumere, ab ijs scilicet, quæ Animal pariunt. neque tamen inter agendum de membris viuiparorũ Animalium nulla est mẽtio cęterorũ. exemplum sit in similaribus partibus caro, & os. Nam cum carnem eam esse dixisset qua pęnè animal est: ea enim quod tangit, aut sola sentit, aut cum alio cõiuncta, addidit, os esse quasi sustentaculum eius, ac munimen.

men. hoc autem durius hac ratione à natura conditum in ijs quidem, quę ossa habent, os appellatum in ijs, quæ ossibus carent, partem aliquam, quę proportione ossi respondeat. hoc autem ossium auxilium alijs animantibus intus esse, alijs foris. Nam plura, quę sanguine carent animalia foris habere corticem, aut crustam, quę ossium naturã referat, vt quę crustata dicuntur & testacea. quod optimè à natura factum esse, cũ ob natiui caloris inopiã opus habeant tegmento extimo. Mollia autem animalia esse quidem osse priuata, sed ne corũ natura facillimè aboleretur, carnem habere duriusculam, & quasi carnis, & ossis naturam referentem. hic dubium non est quin Aristoteles cum de carne, & osse loqueretur quamquam de viuiparis primum loqui videatur, omnium tamen generum, quorum in primo de Historia meminit, mentionem non habuerit. Cum autem viuipara dico non illud intelligo, ea certũ & definitum genus esse, vt auium: sed quia sub ijs, quę animal edũt animalibus plura sunt animalium genera, quę nomine carent, ideò hęc pro omnibus tanquam genus commune statuantur. atque hoc in similaribus partibus. in dissimilaribus autẽ eadem ratione vtitur. exẽplo sit lingua, de qua in secũdo horum librorũ agit, docens, quę sint animalia, quę linguam

habeant; quæ habeant, ſed exiguam, & decurtatam; quæ lingua careant, ſed habeant, quod linguę rationem obtinet. atque vt in ſumma dicam, enumerat omnia animalium genera ſigillatim, vt primum quę linguam habeant, doceat, deinde, quæ illa priuata ſint. poſtremò quæ ſit in ijs, quę linguam habent diuerſitas, quodq́. ſit in ijs, quæ lingua carent, quod ſapore afficitur, ac linguę rationem habet. atque hæc de ijs membris, quæ intima ſunt. ad extima autem aggreſſurus in quarto horum librorum, quoniam magna eſt differentia viſcerum ſanguineorum, & exanguium Animalium: initio quomodo ſe horum viſcera habeant declarat: quæq́. inter hęc, & ſanguinea proportio ſit: mox autem extimas edocet partes per genera. vt nihil ſit vel in vllo genere, vel in aliqua etiam ſpecie, quod inexplicatum relictum ſit. In libris autem de Ortu Animalium cum primùm vniuerſa quędam docuiſſet, quę ad vterum ad teſtes, ad coeũdi modos, ad ſeminis naturam pertinent: in ſecundo libro Viuiparorum Animantium ortum explanat: in tertio cęterorum generum. ſed hęc poteſt per ſe in Ariſtotelis libris, & quorum memini, & quos paulò ante adducebam non indiligens lector obſeruare. & paulo poſt non deerit occaſio dicendi aliqua, quę hãc ſententiam illuſtrabunt.

iam

iam verò si quis hanc interpretationem cũ ea conferat, quam Ephesius commentus est, non dubito quin eam ab Aristotelis sentẽtia, & verbis alienam non deprehendat. Conferre autẽ per se quisque potest. mihi enim quæ ille longiori oratione docet in hoc loco, superuacaneum videtur apponere. illud dicam nunquam illam, quam ipse docet, diuidendi, aut tractandi rationem ab Aristotele, nisi fallor obseruatam. Cum tamen obseruasse oporteret, cum hoc libro, qui totus in eruditione versatur rationem omnẽ, & viam, quam in libris de Animalibus est sequuturus, manifestò doceat.

λή.

Οὕτω μὲν γάρ, ἤτοι τὸ παράπαν οὐκ ἔστι λαβεῖν. τὸ αὐτὸ γὰρ εἰς πλείους ἐμπίπτει διαιρέσεις, καὶ τὰ ἐναντία εἰς τὴν αὐτήν. ἢ μία μόνον διαφορὰ ἔσται, καὶ αὕτη, ἤτοι ἁπλῆ ἢ ἐκ συμπλοκῆς, τὸ τελευταῖον ἔσται εἶδος. ἐὰν δὲ μὴ διαφορᾶς λαμβάνῃ τὴν διαφοράν, ἀναγκαῖον ὥσπερ συνδέσμῳ τὸν λόγον ἕνα ποιοῦντας, οὕτως καὶ τὴν διαίρεσιν συνεχῆ ποιεῖν. λέγω δὲ οἷον συμβαίνει τοῖς διαιρουμένοις, τὸ μὲν ἄπτερον, τὸ δὲ πτεροτόν, τοῦ πτερωτοῦ δέ, τὸ μὲν ἥμερον, τὸ δὲ ἄγριον, ἢ τὸ μὲν λευκόν, τὸ δὲ μέλαν. οὐ γὰρ διαφορὰ τοῦ πτερωτοῦ τὸ ἥμερον, οὐδὲ τὸ λευκόν, ἀλλ᾽ ἑτέρας ἀρχὴ διαφορᾶς. ἐκεῖ δὲ κατὰ συμβεβηκός. διὸ πολλαῖς τὸ ἓν εὐθέως διαι-

„ ρετέον ὥσπερ λέγομεν, καὶ γὰρ οὕτως μὲν αἱ
„ στερήσεις ποιήσουσι διαφοράν. ἐν δὲ τῇ διχοτο-
„ μίᾳ οὐ ποιήσουσιν.

XXXVIII.

„ *SIc enim aut omninò fieri nõ põt vt institutũ*
„ *assequamur: cum idem in plures cadat divi-*
„ *siones, & contraria veniant in eandem. aut vna*
„ *tantum proueniet differentia, quæ vel simplex,*
„ *vel per complexionem speciem vltimam referat.*
„ *sed si non differentiæ differentiam accipis, diuisio*
„ *nem effici continuam perinde, vt orationem con*
„ *iunctione vnam necesse est. Verbi causa occur-*
„ *rit ijs, qui ita diuidere consueuerunt aliud penna*
„ *tum, aliud impennatum. pennati aliud vrbanũ,*
„ *aliud syluestre: aut aliud album, aliud nigrum,*
„ *non enim differentia p̃nati vrbanum album ve*
„ *est. sed hoc principium est alterius differentiæ.*
„ *impennato autem per accidens est. Quamobrem*
„ *pluribus diuidendum protinus differentijs quod*
„ *vnum est, vt nos censemus. Sic enim priuationes*
„ *differentiam faciunt, quam in bipartita sectione*
„ *facere nequeant.*

Comm. CVm docuisset, quę sit vera docendi in animalium explicatione via, & ratio arripit hoc etiam loco occasionem Platonicas partitiones refellendi. non quòd non fuerint abundè supe-

rius

rius refutatæ: sed quod ita hic partiendi vsus suis temporibus à Platone traditus in Academia mordicus tenebatur, vt copiosa infirmatio ne opus esse videretur ad illam ex animis philosophiæ studiosorum amouendam. ait itaque illũ, qui ea relicta ratione, cuius vulgus auctor est, Platonicam amplexatur, institutum suum nunquam posse assequi. nam antequam ad extremam deueniat speciem præcidi, quod instituerat diuidendo genere per differentias. quomodo autẽ impediatur docet. idem enim inquit in plures cadit diuisiones, & contraria in eandem, vt superius demõstratum est. aut vna tantum proueniet differentia, quę vel simplex, vel per complexionem vltima erit species. hoc autem nouũ non est absurdum. superius enim dictum est, quãdo ita vrgebat: fieri vt quot species sunt, tot etiam sint differentiæ. quod tribus nominibus absurdum esse ostendebam. nã & species differentijs plures esse debent, cùm differentiarum proprium sit de pluribus speciebus enunciari; & si differẽtiæ speciebus pares existant, species sunt, nõ differentiæ: & species plures habent à quibus statuuntur differentias. Homo enim non tantum bipes est, sed ad docẽdum idoneus, ratione præditus, rectus incedens, & alia id genus. hæc itaque superiorũ est repetitio, non recens posita argumentatio.

simplicem

ſimplicem autem vocat differentiam, quando ea ſola profertur, vt ſi quis dicat homo bipes. per complexionem autem ſeu ἐκ συμπλοκῆς vt ait ipſe, ſi dicamus, pedatus, paucipes: fiſſipes, bipes. nā perinde eſt vltimam dicere atque omnes connectere. Vltima enim eſt, quæ hominem efficit. vna igitur erit differentia vel ſi cum ſuperioribus, à quibus profecta eſt coniunginus, vel ſi etiam ſolam dicimus. hæc cū ita ſint, quoniam poſſet quiſpiam dicere, verū quidem eſſe bipartitam illam differentiarū diuiſionem nihil poſſe in ſpeciebus conſtituendis; ſed aliam eſſe poſſe diuidendi Methodum meliorem, ſi differentiæ non alia ſumatur differentia, ſed ſi vna poſita generis differentia, ſub illa ponatur, & altera, quę à prima profecta nō ſit: vt Animal aquatile & inaquatile: aquatilis aliud vrbanum aliud agreſte; quoniam poſſet aliquis ita dicere: idcirco ait, ſi hoc modo fiat partitio, non vnam eſſe, atque cōtinuatam partitionem, ſed coniunctione vnam fieri. Nam ſi quis animal in pennatum, & impennatum diuidat; pennatum autem dicat aliud vrbanum eſſe: aliud agreſte: aliud album: aliud nigrum: vnam ille videtur partitionē inquit facere, ſed plures re vera ſunt, in vnam autem incidunt cō iunctione. Nā Animal aliud pennatum, aliud impennatum dicens, & pennati aliud agreſte, aliud

aliud vrbanum coniunctione vnam efficit partitionem, cum plures sint. plures autem sunt, quia singulæ differentiæ principium alterius diuisionis sunt. non enim, quæ post primã diuisionem sumuntur differentiæ à superioribus differentijs continentur, nisi ex accidenti. Animali enim per sese accidit, aut vrbanum esse, aut syluestre, nõ pennato, aut impennato. quẽadmodum & Socrati grammatico esse, nõ autem grammatico, esse musico, nisi ex accidenti, quia scilicet Socrates grammaticus est. quamobrem hæc etiam diuisio bona non est; quod & septimo Metaphysicorum demonstrat. sed ea inquit, quam nos auctore vulgo ostẽdimus. ea autem est, quando vnum statim diuidimus, non quidem, vt ait Ephesius, Animal in sanguineum, & exangue, in terrestre, & aquatile, in vrbanũ, & agreste, & in alias huiusce generis differentias partiendo: hanc enim diuidendi rationem ab Aristotele nunquam, vt opinor, inuenimus obseruatam: sed eo modo quo in primo libro de historia Animalium diuisio facta est. quæ sanè non est διχοτομία, qua Platonici vtebantur; sed vnius generis statim in inferiora genera distributio. quod autem ait: sic priuationes differentiam facere, quam in bipartita sectione facere nequeant: sic intelligendũ est: in illo diuisionis genere, quod ipse tradit.

dit, quoniam alterius differentiæ altera non ſu mitur bipartita diuiſione, priuationes eſſe poſ ſe differentiarū loco, aliquo modo ſcilicet. nã cum amplius non diuidantur, ſed in ijs ſiſtat partitio, locus illius obiectionis non eſt, quæ in Platonicos fieri poteſt: ſequi priuationum eſſe ſpecies, aut ad extrema aditum non patere. quod autem priuationes differentiæ locum aliquomodo teneant, locus ille primi de Hiſto ria oſtendit apertè. Nam cum ibi enumeraſſet
„ aues, piſces cete, ſubdit ταῦτα μὲν οὖν πάντα ἔναιμα. hæc autem omnia ſanguinea. deinde cũ poſuiſſet cruſtata, teſtacea, mollia, inſecta, addidit ταῦτα δὲ πάντα ἄναιμα. hæc autem omnia exãguia. neque quis abijciat, quòd hæc genera Animalium ſub ſanguineo, & exangui continentur. nam quanquam verum hoc eſt, non tamen per ea fit diuiſio: vt Animal in ſan guineum, & exãgue diuidatur: ſanguineum in aues, piſces, & id genus: exãgue in inſecta, mol lia, cruſtata. ſic enim omninò ſequeretur priuationis eſſe ſpecies. ſed cum facta ſit diuiſio ſtatim in genera pro vt vulgus agnoſcit, abſur dum non eſt horum alia ſanguinea, alia exanguia dicere. hoc enim poſterius fit.

λθʹ.

„ Ὅτι δ᾽ οὐκ ἐνδέχεται τῆς καθέκαςον εἰδῶν
„ λαμβάνειν οὐδὲν, διαιροῦσι δίχα τὸ γένος ὥσπερ

,, ὥσπερ τινὲς ᾠήθησαν, καὶ ἐκ τῶδε φανερόν.
,, ἀδύνατον γὰρ μίαν ὑπάρχειν διαφορὰν τῶν κα-
,, θέκαστον διαιρετῶν, ἐάν τε ἁπλᾶ λαμβάνῃ,
,, ἐάν τε συμπεπλεγμένα. λέγω δὲ ἁπλᾶ μὲν,
,, ἐὰν μὴ ἔχῃ διαφοράν, οἷον τὴν σχιζοποδίαν.
,, συμπεπλεγμένα δὲ, ἐὰν ἔχῃ, οἷον τὸ πολυσχι-
,, δὲς πρὸς τὸ σχιζόπουν. τοῦτο γὰρ ἡ συνέχεια
,, βούλεται τῆς ἀπὸ τοῦ γένους κατὰ τὴν διαίρε-
,, σιν διαφορῶν. ὡς ἕν τι τὸ πᾶν ὄν. ἀλλὰ παρὰ
,, τὴν λέξιν συμβαίνει δοκεῖν τὴν τελευταίαν μό-
,, νον εἶναι διαφοράν. οἷον τὸ πολυσχιδὲς, ἢ τὸ δί-
,, πουν, τὸ δὲ ὑπόπουν καὶ πολύπουν, περίεργον.
,, ὅτι δ' ἀδύνατον πλείους εἶναι τοιαύτας, δῆλον.
,, ἀεὶ γὰρ βαδίζων ἐπὶ τὴν ἐσχάτην διαφορὰν ἀ-
,, φικνεῖται, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τὴν τελευταίαν καὶ τὸ εἶ-
,, δος. αὕτη δ' ἐστὶν ἢ τὸ σχιζόπουν μόνον, ἢ πᾶσα
,, ἡ σύμπλεξις, ἐὰν διαιρῇ ἄνθρωπον. οἷον
,, εἴ τις συνθείη ὑπόπουν, δίπουν, σχιζόπουν, εἰ δ' ἦν
,, ὁ ἄνθρωπος σχιζόπουν μόνον, οὕτως ἐγένετ' ἂν
,, αὕτη μία διαφορά. νῦν δ' ἐπειδὴ οὐκ ἔστιν, ἀνάγ-
,, κη πολλὰς εἶναι μὴ ὑπὸ μίαν διαίρεσιν. ἀλλὰ-
,, μὴν πλέους γε τοῦ αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ὑπὸ μίαν διχο-
,, τομίαν εἶναι. ἀλλὰ μίαν κατὰ μίαν τελευτᾶν.
,, ὥστε ἀδύνατον ὁτιοῦν λαβεῖν τῶν καθέκαστον
,, ζῴων, δίχα διαιρουμένους.

XXXIX.

,, APertum vel inde est fieri non posse, vt ex
,, singularibus speciebus quicquam accipia-

mus,

» mus bipartita generis sectione, vt quidam fieri
» posse putarunt. impossibile est enim vnam diffe-
» rentiam esse eorum, quæ vt singula diuisionem re
» cipiunt, siue simplicia, siue complexa accipian-
» tur. simplicia dico, si non habeant differentiam,
» qualis fissipedatio est. complexa autem, si ha-
» beant, vt multifidum ad fissipes est: id enim illa
» sibi vult continuatio differentiarum, quæ de gene
» re per diuisionem deducuntur. perinde quasi quid
» vnum omnis hæc series referat. quanquam voca
» bulo euenit, vt vltima tantum differentia esse vi
» deatur, velut multifidum, aut bipes: pedatum au
» tem, & multipes superuacua sint. at verò plures
» huiusmodi differentias haberi non posse constat
» eo argumento, quod cum pergis subinde deuenies
» quidem ad vltimã differentiam: sed non ad sum-
» mam & speciem: quæ quidem differentia vel fissi
» pes tantum est, vel omnis complexio. verbi gra-
» tia si hominem diuidens, pedatum, bipes, fissipes
» cõponis. at si homo bipes tantummodo esset, hæc
» differentia vna sufficeret. sed quoniam hæc vna
» non est multas esse non sub vna diuisione necesse
» est. atqui fieri non potest, vt plures eiusdem sub
» bipartita vna sint sectione, sed singulæ singulis fi-
» niant necesse est. itaque fieri quoque non potest,
» vt per bipartitam illam diuisionem aliquod sin-
» gulare Animal accipiamus.

Hoc etiam loco confirmat bipartitã diuisionem non posse vltimas species cõstituere, quod vel inde manifestum esse ait, quòd impossibile est vnam esse differentiam τῶν καθέκαστον διαιρετῶν, hoc est singularium, quæ diuiduntur. Vltimas autem his verbis significare species putat Ephesius, propterea quòd illæ in singularia diuidantur, quasi dixisset τῶν εἰς τὰ καθέκαστα διαιρουμένων, idest eorum, quæ in singularia diuiduntur. cuius placet sententia: verborum inuersio non probatur. Nam dictione τῶν καθέκαστον vltimas vt opinor species intelligit, quemadmodum superius ait τῶν καθέκαστον εἰδῶν. διαιρετὰς autem vocat, nõ quòd in alias species diuidi possint, sed quòd διαιρέσει hoc est diuisione inuentæ sint. aut etiam ꝙ potestate in partitione differentiarũ & ipsæ diuisionem pati videntur. vtcunque sit vnam negat extremis formis esse differentiam, nõ eam quidem, quæ essentiam declarat sed externam, & vt appellant, accidentariam. accidentariam autem, & externam differentiam vnam nõ esse perspicuum est. Nam non modo quòd bipes est distat homo ab alijs animalibus: sed quòd rectus incedat; quòd loqui possit: quòd ciuili societate gaudeat: & alijs huiusce generis accidentibus. Vnam igitur non habent extremæ

species

ſpecies differentiam, ſiue illam ſimplicem ponas, ſiue etiam complexam, & complicatã. hoc enim intelligit, dum ait ſiue ſimplicia, ſiue cõplexa accipiuntur. ſimplex autem differentia ſumitur, quando vnà cum genere profertur, vt ſi Animal bipes dixerit aliquis. complicata autem, ſi ſuperiores differentiæ poſito genere coniungantur cum extrema, vt Animal pedatum bipes, aut multifidum fiſsipes. nam pedatum, & multifidum ſuperiores differentię ſunt, altera fiſsipede, altera bipede. hoc enim inquit ſibi vult continuatio differentiarũ, quæ per diuiſionem deducuntur. Nam quanquam multę complicatæ differentiæ ſint, tamen *quia vnam* ſpeciem extremam efficiunt, vnum quid ſunt: vt perinde ſit extremam ponere ſimpliciter, atque cum alijs cõiunctã. hoc enim eſt, quod vult tota illa differentiarum ſeries, vt ſcilicet cum ad vnam referantur, vnum aliquid, & ipſę ſint. quanquam vocabulo, ſeu παρὰ τὴν λέξιν extrema tantum differentia conſtituendæ ſpeciei vi prædita videatur, cęteræ autem ſuperuacane. Nam ſi quis dicat Animal, multifidum, fiſsipes: ſuperfluè videtur poſuiſſe multifidum, quod enim fiſsipes eſt, multifidum etiam intelligitur: & hoc, quod ad verba pertinet. nã re apſe cum fiſsipes à multifido proficiſcatur, atque vt ad ſpeciem, quam conſtituunt, vnum

ſunt,

ſunt, ſuperuacaneum nullo pacto eſt. hoc autem, quod ait hoc in loco: præter extremam differentiam cæteras eſſe ſuperuacaneas: dixit & initio huiuſce cõtra Platonicos diſputationis, & in ſeptimo Metaphyſicorum libro: vtrũque, autem locum ita poterimus intelligere: vocis prolatione præter extremam differentiã, alias ſuperuacaneas eſſe videri: quamquam vt mente comprehenduntur vnitate quadam omnes, vſque ad extremam ſpeciem differentiæ coniunctæ ſint. ſiue igitur vnam extremam ponas differentiam, ſiue cum alijs ſuperioribus copulatam, fieri nullo pacto poteſt, vt ſpeciei conſtituendæ vim vllam habeat: quandoquidem nõ vna ſingulæ ſpecies differẽtia, ſed pluribus inter ſeſe diſcrepant. Nam ſi quis dicat eas differentias, quæ diuiſione ad extremam deducuntur plures eſſe, atque idcirco poſſe ſpeciem extremam efficere, maxime labitur. plures enim inquit non ſunt. Nam qui genere diuidendo deorſum progreditur partiẽdis differentijs, in extremã quidem venit differentiam, quæ quoniam vna eſt, vnitate ſua ſuperiores omnes cõnectit, vt omnes vna differentia ſint: & quãuis hac differentiarum ſerie ad extremam deuenia tur, tamen non ad ſummam, & ad eam, quę ſpeciem conſtituat. Cum enim vna differentia nõ conſtituantur ſpecies, ſed pluribus, fit, vt cum

vna bipartita sectio vnam tantum inferat differentiam, siue simplicem, siue cōiunctam, extremā speciem nequeat efficere. hoc autem illustrat exemplo: sit enim homo, qui diuiditur. (diuidi autem hominem eo sensu accipiēdum est, quo vltimas species διαιρετὰς esse declaraui.) in quo diuidendo sumitur Animal, quod in pedatum, & in impedatum distribuitur: dein de pedatum in multipes, & bipes: bipes in multifidum, & fissipes. ex his differentijs si quis vnam extremam cum genere cōiungendo, aut etiam totam seriem differentiarum connectendo, vt Animal, pedatū, bipes, fissipes, dicat hominis se speciem bipartita diuisione inuenisse: non mediocriter aberrat. non enim homo fissipedis tantum habet differentiam; sed etiā plures alias, quæ cum bipartita diuisione inueniri non possint: illa enim vnam tantum extremā ducit differentiam: perspicuum est bipartitam illam diuisionem nihil posse in vltimis speciebus colligendis, eò quòd pluribus vltimæ species constant differentijs, quas vna non potest inferre diuisio. ex his, quæ posita sunt, illud adnotandum est, hoc fuisse Platonis dogma singulis diuisionibus bipartitis, singulas etiam extremas species colligi; vt ex hoc perspicuum fit Aristotelem non damnare diuisionem, quam & septimo Metaphysicorum libro, & secundo Poste-

Posteriorum Analyticorum in prædicatis, quæ rei naturam explicant, inueniendis iudicat necessariam: sed genus illud diuisionis ita angustum, quod græcè διχοτομίαν dicimus quodq; omnibus speciebus inueniendis, ac colligẽdis iudicabatur aptissimum. & sanè magna est (vt opinor) differentia nosse primum quæstionẽ illam, quæ an sit res explicat, deinde partitione aliqua inuentis differentijs, extremam differentiam, quæ ad essentiam pertinet, cum genere *in definitione collocare: atque aggredi sine vl* " *la speciei cognitione diuidendum genus bipar* " *tita sectione, in qua aut extremam positam dif* " *ferentiam accidentalem, aut etiam omnes accumulatas speciem aliquam vltimam putes cõ* " stituere. illud enim verum est, & naturæ rerum accommodatum. hoc autem & à natura rerum recedit, & maximè fallit incautos. Nam cum rerum omnium vnitas à forma etiam vna proficiscatur, siquis in definitione hominis vnam differentiam ponat, quæ forma eius est, & essentia, nihil peccat: nam præter formam nullam habet eius generis homo differentiam. Cõtrà autem si dum extremas aliquas quærimus differentias, vt ab Animalium membris, moribus, affectibus, actionibus: vnam differentiam afferimus, vt hac speciem aliquã effici arbitremur: maximè fallimur. non enim hac sola, sed etiã

pluribus alijs accidentarijs differentijs species illa, quam constitutam arbitramur, ab alijs discrepat. his ita positis pugnantia, quam in Aristotele animaduertit Ephesius, quamq. pensitandam posteris reliquit Leonicus; euitatur (vt opinor) facilè. in septimo Metaphysicorum libro quæstionem arduam de rei, quæ definienda suscipitur natura, discutit Aristoteles. post multas autem rationes, quas de vnitate rei definitæ attulit, hæc habet verba. εἰ δὴ ταῦτα οὕτως
" ἔχει, φανερὸν ὅτι ἡ τελευταία διαφορὰ, ἡ οὐσία
" τοῦ πράγματός ἐστι, καὶ ὁ ὁρισμὸς, εἴπερ μὴ δεῖ
" ταῦτα λέγειν ἐν τοῖς ὅροις, περίεργον γὰρ &c.
" quibus verbis apertè demonstrat in definitione extremam differentiam esse, quæ rei essentia est: superiores autem esse superuacaneas. quæ sententia nostræ huic non aduersatur, in qua statuit vnam extremam satis non esse, sed plures alias afferẽdas, & ipsas extremas. aduersaretur autẽ alioquin, si dixisset species ab vna differentia extrema tantum constitui. sed quoniam hoc etiam sentit Aristoteles, & eo in loco tacitè intelligit, non est dicendum quæstionem illam definire Platonicorum sequentem placita. nam cum in ijs libris sit, qui omnium sunt exquisitissimi, absurdum est, eam præsertim quæstionẽ, quæ ad essentiã & quid est pertinet, in qua potissimũ primus philosophus est

occu-

occupatus, ita soluere. sed hoc in loco de accidentarijs, & extremis differentijs loqui: in Metaphysicis autem; de forma, & essentia, quam vna tantum differentia significat. illo sensu si sumimus, falsum est vnam differentiam in specie esse. hoc altero ita verum est, vt aliter dicere falsissimum sit. & sanè ita postulat subiectà materia. nã in ijs libris de essentia, & de quidditate quam appellant, loquitur, quam vnam esse necesse est: in his autem quoniam de Animalium partibus est agendum, à quarum differentia specierum sumitur plurimarum distinctio: & Platonici vnà differentià, aut à membris sumptà, aut ab alijs huiusce generis affectibus species & constitui, & distingui opinabantur, nõ iniuria ait, non vnam esse speciebus differentiam, sed plures, externas, vt dixi, quatenus huic materiæ conuenit, intelligens differentias. neque dicat aliquis Aristotelẽ septimo Metaphysicorum exempla afferre bipedis, fissipedis, pedati, & alia, quæ hoc etiam in loco ponit. Nam exempli loco nihil refert, quid illud sit, quod ponitur, siue verũ, siue falsum sit. imò hæc est Aristotelis consuetudo rarò exemplis rem illustrare, quæ suis dogmatis, & veritati sint cõsentanea. atque hæc in præsentia dixisse satis fuerit. Gazæ autem translatio, quoniam Ephesij expositionem sequitur, vbi mihi cum eo non

» conuenit, ita corrigenda est. Quod autem fie
» ri non potest, vt plures hæ differẽtiæ sint, per-
spicuum est. probat autem Aristoteles hoc in
loco, plures, quæ ad vnam finiunt, differentias
plures non esse: non autem quòd bipartita di
uisione plures extremæ differentiæ non habeã
tur, vt Gaza innuere videtur, & vt Ephesius ex-
ponit, quem ilic sequitur.

μ΄.

Ἀπορήσειε δ' ἄν τις διατὶ οὐκ ἄνωθεν ἑνὶ
» ὀνόματι ἐμπεριλαβόντες ἅμα ἓν γένος,
» ἄμφω προσηγόρευσαν οἱ ἄνθρωποι, ὃ περιέχει
» τά τε ἔνυδρα καὶ τὰ πτηνὰ τῶν ζώων. ἔστι γὰρ
» ἔνια πάθη κοινὰ καὶ τούτοις καὶ τοῖς ἄλλοις ἅ-
» πασι ζώοις. ἀλλ' ὅμως ὀρθῶς διώρισται τοῦτον
» τὸν τρόπον. ὅσα μὲν γὰρ διαφέρει τῶν γενῶν κα-
» θ' ὑπεροχὴν καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, ταῦτα
» ὑπέζευκται ἑνὶ γένει. ὅσα δ' ἔχει τὸ ἀνάλογον,
» χωρίς. λέγω δ' οἷον ὄρνις ὄρνιθος διαφέρει τῷ
» μᾶλλον. ἢ καθ' ὑπεροχὴν, τὸ μὲν γὰρ μακρόπτε-
» ρον, τὸ δὲ βραχύπτερον. ἰχθύες δὲ ὄρνιθος, τῷ ἀ-
» νάλογον. ὃ γὰρ ἐκείνῳ πτερὸν, θατέρῳ λεπὶς,
» τοῦτο δὲ ποιεῖν πᾶσιν οὐ ῥᾴδιον. τὰ γὰρ πολλὰ
» ζῶα, ἀνάλογον ταυτὸν πεπόνθασιν.

XL.

» *Sed quæret quispiam, cur principio homines*
» *non complectendo appellarint nomine vno*
» *generis, quod bestias tùm aquatiles, tùm volu-*

„ *cres contineret. sunt enim nõnulli affectus tùm*
„ *his, tùm cæteris animalibus omnibus communes.*
„ *veruntamen rectè ad huuc modum definitum di*
„ *stinctumq. est. genera enim quæcunque excessu*
„ *inter se differunt, & plus, minusve recipiunt,*
„ *hæc vni subiecta sunt generi. quæ autem propor-*
„ *tionem recipiunt, hæc seorsum posita sunt. verbi*
„ *gratia: auis differt ab aue, aut eò quòd magis ha*
„ *beat quidquam aut superantiæ ratione. Aues*
„ *enim aliæ penna sunt longiore, aliæ breuiore. pi-*
„ *sces verò proportione ab auibus differunt. quod*
„ *enim penna in auibus est, hoc idem squama in pi*
„ *scibus habetur. Verum id facere in omnibus nõ*
„ *facile est. magna enim pars Animalium eadem*
affecta est proportione.

Comm.

VNde sit hæc orta dubitatio quæret aliquis. oritur autem ab ea definitione, quæ paulò ante statuta est: sumenda esse in Animalium tractatione genera statim, vt vulgus appellat, & iudicat: cũ bipartita diuisione singulas species exquirere obscurum sit, & impossibile. quoniam igitur primi vocabulorum auctores Animalia, quæ membris conueniunt vno genere comprehenderunt, quamquam excessu quodam, & defectu discrepant, vt Auium genus, quod Cycnum, coruum, aquilam, continet: quæ inter se

rostro, pennarum magnitudine, colore ac pedibus differunt, quę excessus, & defectus est differentia: cum inter Animalia, quæ diuersis generibus comprehenduntur, aliquæ sint affectiones similes: quæri posset cur duo genera superiori aliquo genere non sunt complexi, vt piscium, & auium genera, quæ cum pluribus inter se differant, habent tamen, & quibus conuenire videantur. hæc itaque quæstio est, cuius nexus cum superioribus est apertissimus. ex quo etiam potest colligi fuisse longè aliam sententiam in ijs verbis, in quibus Aristoteles quid sentiat de Animalium generibus inueniendis explicabat, quàm putarint Ephesius, & Leonicus. quæret inquit aliquis cur homines cómunes ij quidem & vulgares, qui sensu ducti pluribus rebus cõuenienter posuere nomina, supra duo genera vno genere posito (hoc enim significat τὸ ἄνωθεν, quod Theodorus vertit principio) non sunt complexi duo genera aquatiliũ, & volucrium Animalium. rationem autem ponit, cum ait: esse affectus tùm his sum cæteris Animalibus communes. Nam si Aues vno genere continentur, quoniam partibus, & affectibus inter se conueniunt, nihil impedit, quin & pisces, & aues, cũ pluribus conueniant sub vno genere poni queant. cõueniunt autem, quòd pinnas propè caput habent; quòd quatuor notis

tis mouētur,ac alijs fortaſſe huiuſcemodi.quæ ſtionem autem propoſitam ſoluit. Nam rectè feciſſe veteres illos homines. Nam quæ genera exceſſu diſcrepant,& defectu,& plus, & minus recipiunt;ea ſub vno genere fuiſſe comprehenſa, quæ verò non exceſſum, aut defectum, ſed proportionem membrorum, & affectuum recipiunt, ea diuerſis ſubiecta eſſe generibus. rem autem exemplo docet. Nam aues omnes cum inter ſeſe conueniant, ſi velis exquiſitè intueri omnia,diſcrepant, quòd magis, ac minus recipiunt. Nam gallinæ cum turture conuenit,quòd ambæ bipedes, quòd alatæ ſint: ꝙ roſtro ſint præditæ,quòd ingluuie, quæ auium propria eſt. ſed & diſcrepant,cum gallinæ pedes maiores ſint,candidiores, duriores: corpore ſint grauiori; alis aduolādum ineptioribus: maiori, & voraciori ingluuie: craſsiori roſtro. ſed hæc differentia non ea eſt,quæ genus conſtituat,cum earundem rerum ſit exceſsio quædam, ac defectio. piſces autem ſi cum auibus compares,nihil,aut parùm reperies,quod commune ſit,niſi ſpectes proportionē. Nam quæ in auibus penna eſt, ea in piſcibus eſt ſquama. penna autem,& ſquama nihil habent, quo conueniant,niſi proportionem fortaſſe,quæ in diuerſis generibus eſt. quòd ſi piſcium genera ſpeciatim videris ſquamata omnia comperies,

ſed

ſed alterius generis ſquamas, alterius generis ſquamis & maiores eſſe, & aſperiores: quæ magis, ac minus differētiæ ſunt. hac igitur de cauſa concludit rectè definita, ac ſtatuta fuiſſe genera à vetuſtioribus hominibus: non enim in omnibus exceſſum, & defectum inueniri facile eſſe: ſed proportionem, qua fit, vt genera diſtincta ſint & ſeparata.

μά.

” Ἐπεὶ δὲ οὐσίαι μέν εἰσι τὰ ἔσχατα εἴδη,
” ταῦτα δ᾽ κατὰ τὸ εἶδος ἀδιάφορα, οἷον Σω-
” κράτης Κορίσκος, ἀναγκαῖον ἢ τὰ καθόλου ὑ-
” πάρχοντα πρότερον εἰπεῖν, ἢ πολλάκις ταυτὸν
” λέγειν καθάπερ εἴρηται. τὰ δὲ καθόλου κοινὰ,
” τὰ γὰρ πλείοσιν ὑπάρχοντα, καθόλου λέγο-
” μεν. ἀπορίαν δ᾽ ἔχει περὶ τοῦ πότερον δεῖ πραγ-
” ματεύεσθαι, τῇ μὲν γὰρ οὐσίᾳ τὸ τῷ εἴδει ἄτο-
” μον, κράτιστον ἐστὶν εἴ τις δύναιτο περὶ τῶν κα-
” θ᾽ ἕκαστον καὶ ἀτόμων τῷ εἴδει, θεωρεῖν χωρὶς,
” ὥσπερ περὶ ἀνθρώπου, οὕτω καὶ περὶ ὄρνιθος.
” ἔχει γὰρ εἴδη τὸ γένος τοῦτο, ἀλλὰ περὶ ὁτουοῦν
” ὄρνιθος τῶν ἀτόμων, οἷον ἢ στρουθὸς, ἢ γέρανος,
” ἤ τι τοιοῦτον. ἧ δὲ συμβήσεται λέγειν πολλά-
” κις περὶ αὐτοῦ πάθους, διὰ τὸ κοινῇ πλείοσιν ὑ-
” πάρχειν, ταύτῃ ἐστὶν ὑπάτοπον, καὶ μακρὸν τὸ
” περὶ ἑκάστου λέγειν χωρὶς. ἴσως μὲν οὖν ὀρ-
” θῶς ἔχει, τὰ μὲν κατὰ γένη κοινῇ λέγειν ὅσα
” λέγεται καλῶς ὡρισμένων τῶν ἀνθρώπων, καὶ

ἔχει

„ ἔχει τε μίαν φύσιν κοινὴν καὶ εἴδη ἐν αὐτοῖς, μὴ
„ πολὺ διεστῶτα, ὄρνις καὶ ἰχθῦς, καὶ εἴτι ἄλλο
„ ἐστὶν ἀνώνυμον μὲν, τῷ γένει δὲ ὁμοίως περιέ-
„ χει τὰ ἐν αὐτῷ εἴδη. ὅσα δὲ μὴ τοιαῦτα, καθέ-
„ καστον, οἷον περὶ ἀνθρώπου, κἂν ἔτι τοιοῦτον
„ ἕτερόν ἐστι.

XLI.

Sed cum vltimae species substantiae sint, quae qui
„ *dem species nullo speciei discrimine differant,*
„ *vt Socrates, Coriscus, efficitur profectò, vt vel*
„ *vniuersalia explicari prius, vel idem saepius dice*
„ *re necesse sit, vt iam dictum est. Vniuersalia ve-*
„ *rò communia sunt. quae enim in pluribus insunt*
„ *haec vniuersalia appellamus. sed quaestio existit*
„ *vtra tandem tractari debeant. quia enim substan*
„ *tia est id, quod specie indiuiduum est, potissimum*
„ *dixerim fore, si quis de singulis indiuiduis specie*
„ *seorsum considerare poterit, atque vt de homi-*
„ *ne, ita de auibus esse agendum. habet enim hoc*
„ *genus species. Sed non de ijs, verum de singulis*
„ *indiuiduis auibus, vt de passere, de grue, de reli-*
„ *quis huiuscemodi: sed si ita eueniet, vt saepe de*
„ *eodem dicatur affectu, quoniam communis pluri*
„ *bus sit, efficietur sanè, vt seorsum referre de sin-*
„ *gulis & subabsurdum sit, & prolixum. Caeterùm*
„ *scitè fortasse agetur, si quae ad genera attinent,*
„ *ea communi negocio explicemus: videlicet quae*
„ *rectè ab hominibus definita dicuntur, quaeq́. na-*

turam

„ *turam sortiuntur communem, & species non lon*
„ *gè inter se differentes complectuntur, vt auis, vt*
„ *piscis, & si quid aliud sit nomine quidem vacãs,*
„ *sed genere pari modo species continens. quæ au-*
„ *tem non eiusmodi sunt hæc sigillatim doceamus,*
„ *vt de homine, & si quid aliud tale habeatur.*

Comm. POstquã Platonicis diuisionibus reiectis docuit generatim Animalia sumenda esse ei, qui viam, & rationem, quæ scientiarum propria est in hac tractatione est sequuturus: genera autem Animalium ea esse, quę vulgus ita collegit distinctione à membrorum proportione adhibita: hoc in loco statuit ita in hac scientia versari physicum oportere, vt quæ cõmunia sunt, ac generalia primum explicare conueniat. Nã si extremas species sumat aliquis, cogi in alijs speciebus, quæ eodem genere continentur, idẽ sæpenumero repetere, quod maximè vitãdum est, vt initio huius libri est demonstratum. Vnde verò sit huiusce definitionis orta occasio, non adeò facilè reddi potest ratio. Nam alioquin cum initio hæc quæstio & proposita, & soluta sit, superuacaneum videretur hoc etiam in loco repeti, nisi sit (quod opinor) quòd cũ Platonicorum hoc esset institutum, vt diuisione bipartita inuentis speciebus, si modo inue-

nire

nire vnquàm contingeret, in ijs occuparentur explicandis; quæri fortè posset, an ita etiã Aristoteli agendum esset, quamquam sine partitione statim assumit genera vsitatiora populo: quando etiam extremæ species illę esse videantur, in quibus, quæ instituitur commentatio deberet præcipuè cerni: cum illæ generibus longè nobiliores sint substantiæ. hac igitur de causa rem definit, & docet quare vniuersa potius tractanda sint, quàm extremæ species. cum enim rationem reddidisset superius cur duo genera superiori aliquo genere posito non comprehenderant veteres homines, subdit ἐπεὶ δὲ οὐσίαι quoniam autem substantiæ. species autem vltimas substantias esse planum est, imò etiam magis, quàm genera, substantias. Nam cum induiduæ substantiæ præstantiores sint, quæ ijs propinquiores sunt: nobiliores etiam sunt: species autem magis accedunt, quàm genera. illud etiam non est ignotum extremas species indiuidua continere, quæ nullum habent speciei discrimen. cum enim specie vna comprehendantur, numero tantũ inter se dissidat, vt Coriscus, Socrates Plato. sed illud obscurum, quæ uis sit in his verbis posita. Quoniã
„ species vltimæ substantiæ sunt, & specie discri
„ mine non differunt, fit vt vel vniuersa tractare necesse sit, vel idem sæpius repetere. nõ enim probo,

probo, quæ dicit Ephesius. nam dubitatio, quã hoc in loco ꝓponi opinatur, paulopost & proponitur, & soluitur claris verbis. vim autem horum verborum hanc esse iudico. quoniã sub generibus species multæ sunt, quæ similitudine membrorum conueniunt: singulæq́. species ita se habent, vt nullum habeant speciei discrimen in ijs, quæ sub se continent; qui velit species pertractare omisso genere: quoniã similes affectiones, & membra speciebus omnibus sunt, quas vnum genus complectitur: fit, vt in singulis ijs explicandis eadem in omnibus dicere necesse sit. Quare aut vniuersalia, hoc est, quæ generatim ijs conueniunt explicari prius oportet, aut eò, quò diximus incidere. quæ enim vniuersalia sunt, ea omnium communia sunt, & semel dicuntur, & per sese, ac primum enunciantur; prius enim generi conueniunt, quàm formis. Hæc mihi videtur esse sentẽtia. nam mox dubitatio ponitur, in qua quæ statuta sunt videntur infirmari, mox confirmari, & ratius explicata reddi. Nam cum species extremæ, & indiuiduæ substantiæ sint magis quàm genera, fortasse satius foret de ijs particulatim agere, & queadmodum de hominis specie, quæ diuina est, & omnium præstantissima, ita etiã de auium formis singulis, vt de cycno, de grue, de cornice, de coruo. sic enim omnes species

cum

cum indiuiduæ, & extremæ sint, ac magis substantiæ possent fortasse certiorem scientiam parere, quam genera. Nam quod stabilius, ac firmius ē, illud certius fortasse videretur, quàm quod aliqua ex parte recedit à stabili, & firmo. stabiles autem, & firmæ videntur primæ substátiæ, & secundarum quæ primis propinquiores sunt. sed si ita inquit eueniet, vt sæpe de eodē dicatur affectu fiet sanè, vt & absurdū, & prolixum sit species particulatim singulas pertractare. cum enim de grue loquimur in auium genere, & membra eius, & affectiones explanamus, vt ingluuiem, alas, duos pedes, collum oblongum, longos etiam pedes, volandi modum, vescendi, natandi, & quæ huiusmodi sunt. atqui superiora cum omnibus communia sunt. Nā si etiam de columba loquar, eadem dicam necesse est. hæc autem, quæ secundo loco dixi, alijs etiam, quæ in aqua degunt cōmunia sunt. excessu, ac defectu adhibito. repetere igitur omnia in singulis opus est. Omnibus enim conueniunt affectiones illæ, non quia grues sint, aut aquilę, sed quia aues. quamobrem, & subabsurdum est, & prolixum eadem inculcare nō sine tedio. quæ cum ita sint optimè dicit, scitè ac rectè agi, si quæ ad genera pertinent, ea in commune declarentur. Nam cū homines obseruata specierum multarum similitudine eas

vno

vno genere complexi sint communem naturã intuentes, quæ non vni, aut alteri speciatim, sed toti collectioni conuenit: merito de ijs ita agere oportet, vt non vnam, aut alteram speciem, sed cõmune genus pertractemus, & communes affectus omnium: vt piscium auium, & aliornm omnium, quæ quamuis inquit nomine careant, tamen species similitudine conuenientes sub se continent; quod generum proprium est. quod si forte aliqua species sit, quæ separatos à communi genere habeat affectus, præcipit de ea separatim agere. Nam cum homo præter ea, quæ ei, quia animal est conueniunt: plura etiam habeat, quæ ei, quia homo est tributa sunt; opus est particulatim de illo agere. Nam affectus, qui hominis proprij sunt, nulli Animalium generi conueniunt: & per sese ac primum de homine enunciantur: vt statura recta, ἡ διποδία lõgè alio modo, quàm auibus sit attributa: Manus, earum vsus, sermo, & huiusmodi innumera alia: quæ vt præcipit, ita etiam seruauit. Nam & de statutura hominis egit, & duobus locis rectitudinis rationem reddidit, alteram à materia in secundo horum librorum, alterã à fine in quarto. de duobus autem pedibus, & de clunibus, ac manibus in eodem quarto. Nam de sermone & in secundo huius operis, & in quinto de generatione Animalium

malium sermonem habet. quo autem modo de homine speciatim agendum est in ijs, quæ eius propriæ sunt affectionibus, illo ẽt de quauis specie in ijs, quæ toti generi nõ cõueniũt; vt in extremo horum librorum de strutho lybico: de Crocodilo, qui vnus omnium Animaliũ superiorem mouet mandibulam in secundo: ac de alijs, quæ infinitum esset recensere.

μβʹ.

„ ΣΧεδὸν δὲ τοῖς σχήμασι τῶν μορίων, καὶ τοῦ
„ σώματος ὅλου ἐὰν ὁμοιότητα ἔχῃ, ὥρισαι
„ τὰ γένη, οἷον ὃ τῶν ὀρνίθων γένος πρὸς αὐτὰ
„ πέπονθε, καὶ ὃ τῶν ἰχθύων, καὶ τὰ μαλάκιά τε
„ καὶ τὰ ὄστρεια. τὰ γὰρ μόρια διαφέρει τούτων, οὐ
„ τῇ ἀνάλογον ὁμοιότητι, οἷον ἐν ἀνθρώπῳ καὶ
„ ἰχθύϊ πέπονθεν ὀστοῦν πρὸς ἄκανθαν, ἀλλὰ
„ μᾶλλον τοῖς σωματικοῖς πάθεσιν. οἷον, μεγέθει,
„ μικρότητι, μαλακότητι, σκληρότητι, λειότητι,
„ τραχύτητι, καὶ τοῖς * στοιχείοις. ὅλως δὲ τῷ μᾶλ- * τοιού-
„ λον καὶ ἧττον. τοις.

XLII.

„ *GEnera autem si quam similitudinem præ se*
„ *ferant, figuris ferè partium, totiusq. corpo*
„ *ris describuntur. quale genus auium, aut pi-*
„ *scium est, mollia etiam, atque Ostrea figurarum*
„ *affinitate sua genera describunt. partes enim*
„ *eorum non proportionis similitudine discrepant,*
„ *quomodo os hominis, & spina piscis, sed potius*

S affe-

,, *affectionibus corporis, id est magnitudine, paruitate, mollitie, duritie, lenitate, asperitate, & reliquis generis eiusdem: atque omninò eò quòd magis, minusve quicquam habeant.*

Comm. DEclarat qualia sint genera, de quibus omnis ferè debet eē tractatio, vt quod superius positum est, explanatius habeatur. distincta enim esse genera, à membrorum, ac totius corporis figuræ similitudine, vt omnia, quæ membris cō ueniunt animalia vno sint genere comprehensa: qualia aues ait esse, μαλάκια, q̄ latinè mollia dicuntur; pisces, ostrea. omnium enim specierum, quæ sub singulis his generibus continentur, membra non differre proportione, vt os hominis, & spina piscis: sed ita cōuenire similitudine, vt exterioribus quibusdam affectibus dissidere videantur. hos esse molitiē, magnitudinem, exiguitatem, lęuitatem, duritiem, asperitatem, & alios, qui eadem serie ad tactū pertinent. συςοίχους enim appellat. Nā cum pisces, qui quoniam similes membris sunt, vni generi subijciuntur: omnes pinnas habeāt: pulmone careant, cuius loco Branchias, quas appellant habent; atque alia huiusce generis: tamen si corpus tangas, scarum videris cutis duritie ab Aurata differre; Auratam à Murena; Murenam

renam ab alijs. sic & alterum minorem altero; maiorem etiam altero. vt omninò ea, quæ inter hæc est differendi ratio excessio quædam, ac defectus sit. mirum autem non est, quando & indiuiduæ substantiæ, quas vna species complectitur huiusce generis affectibus pænè discrepent. Nam, quemadmodum temperamentorum postulat ratio, ita alij hominum molliores alijs; ficciores alij; multi pinguiores: horridi alij, ac hispidi: glabri alij, longiores nonnulli: breuiores alij; quidam nigri: alij candidi. postremò hę affectiones tam singulorum, quàm specierum temperamenta sequuntur.

μγ΄.

" Πῶς μὲν οὖν ἀποδέχεσθαι δεῖ τὴν περὶ φύ-
" σιν μέθοδον, καὶ τίνα τρόπον γίνοιτ᾽ ἂν ἡ
" θεωρία περὶ αὐτῆς ὁδῷ, καὶ ῥᾷστα, ἔτι δὲ περὶ
" διαιρέσεως τίνα τρόπον ἐνδέχεται μετιοῦσι
" λαμβάνειν χρησίμως. καὶ διότι τῇ μὲν ὃ διχο-
" τομεῖν ἀδιώατον, τῇ δὲ κενὸν, εἴρηται. διωρισμέ-
" νων δὲ τούτων, περὶ τῆς ἐφεξῆς λέγωμεν, ἀρ-
" χὴν τὴν δὲ ποιησάμενοι.

XLIII.

" *Sed quemadmodum ratio tractandæ naturæ*
" *probari debeat, vtq. de ijs rebus via apta, fa-*
" *cillimeq. contemplari, docereq. possimus: atque*
" *etiã de diuisione, quem in modum fieri possit, vt*
" *commodè species sumantur, & quàm bipartita*

„ *sectio partim fieri nequeant, partim frustra fiat,*
„ *dictum iam est. Quæ cum iam præfinita, explica-*
„ *taq́. sint, de ijs, quæ deinceps sequantur, agamus,*
„ *indeq́. ordiamur.*

Comm. COnclusio est cũ enumeratione eorum, quæ dicta sunt. Nã cum hic liber totus ad eruditionem, quam παιδείαν dicimus, pertineat: explicata in eo est via, & ratio, quã physicus Animalium naturã, imò res omnes debeat artificiosè declarare. plura etiã addita de diuisione, tum ea, quæ optima est, tum ea, quæ à Platonicis vsurpata, inueniẽdis formis minimè idonea, & impossibilis iudicata est. hæc igitur enumerat à se dicta: non quod absoluta sit hactenus eruditionis ratio: nam quæ sequũtur, illius cũcta sunt in hoc libro: sed quòd ita facere consueuit cum post aliqua declarata ad alia recens aggreditur. Notãdum autem est ἀποδέχεσθαι, quod ad eruditionem pertinere, & ex hoc libro & primo de Moribus ad Nicomachum, & secũdo Metaphysicorum libro adnotauimus. post conclusionem sequitur propositio eorum, quę reliqua sunt.

μδ'.

„ ΤΩ͂ν οὐσιῶν ὅσαι φύσει συνεστᾶσι, τὰς μὲν
„ ἀγεννήτους καὶ ἀφθάρτους εἶναι τὸν ἅπαντα

» πάντα αἰῶνα. τὰς δὲ μετέχειν γενέσεως καὶ
» φθορᾶς, συμβέβηκε δὲ περὶ μὲν ἐκείνας τιμίας
» οὔσας καὶ θείας, ἐλάττους ἡμῖν ὑπάρχειν θεω-
» ρίας. καὶ γὰρ ἐξ ὧν ἄν τις * περὶ αὐτῶν, καὶ περὶ * σκέψαιτο.
» ὧν εἰδέναι ποθοῦμεν. παντελῶς ἐστὶν ὀλίγα τὰ
» φανερὰ κατὰ τὴν αἴσθησιν. περὶ δὲ τῶν * φυτῶν * φθαρ-
» τε καὶ ζώων εὐποροῦμεν μᾶλλον πρὸς τὴν γνῶ- τῶν.
» σιν διὰ τὸ σύντροφον. πολλὰ γὰρ περὶ ἕκαστον
» γένος λάβοι τὶς ἂν τῶν ὑπαρχόντων βουλόμε-
» νος διαπονεῖν ἱκανῶς.

XLIIII.

» *Substantiæ, quæ natura constant partim inge-*
» *nitæ immortalesq. seculis omnibus sunt: par*
» *tim ortus participes, atque interitus intelligun-*
» *tur. sed partem illam æternam, & proinde Nobilem, ac diuinam minus contemplari propterea*
» *possumus, quòd admodum pauca illius modo sen*
» *sui patent: quorum beneficio tum de ea ipsa par*
» *te diuina, tum de ijs, quæ nosse cupimus facultas*
» *nobis cogitandi, indagandiq. suppeditetur. Res*
» *mortales, atque caducas, vt stirpes, vt Animan-*
» *tes, quòd eas socias, familiaresq. habemus, nosse*
» *vberius possumus: quippe cum multa inesse quo-*
» *que in genere percipere possit, quicunque non*
» *laborem recusat pleniorem.*

Comm.

SOlet Aristoteles in Artibus, & sciẽtijs explicandis philosophiæ studiosos dupliciter exhortari, aut ostendenda, ac prædicanda scientiarum, & artium præstantia, aut vtilitate demonstranda. in libris de Arte dicendi, & in libris de Dialectica studiosorum Animos excitat, in ijs Rhetorices, in his Dialectices vtilitatem ostendens. in libris verò, qui de Moribus inscribuntur ad Nicomachum, & à præstantia, & ab vtilitate ciuilis scientiæ auditores tacitè ad eam capescendam exhortatur. in libris autem de prima philosophia summam præstantiam, atque excellentiã diuinæ illius scientiæ dum explicat, quem non impellit ad eam omni studio, ac diligentia excolendam? in physicis, in quibus libri de Naturali Auscultatione, & naturæ & tractationis ordine priores sunt, de physices vtilitate nihil est dictũ, eò quòd vtilitas, artiũ, quæ in effectione sunt positæ, propria est; non autem scientiarum, ex quibus illa est. non defuerunt autem viri doctissimi, qui in ijs libris interpretandis quàm vtilis sit physice ostenderunt. Et Marcus Tullius in libris de finibus copiosè illius scientiæ declarat vtilitatem. vtilem autem physicem intelligimus, nõ vt artes, quæ per sese ad vtilitatem finiunt: sed ex euentu aliquo, & extrinsecus quodam modo.

do. eius autem præstantia ita nota erat, vt superuacaneum fuisset de illa vel pauca dicere; cum ante ipsum tot extiterint summi philosophi, qui quanta laude digna sit Naturæ contẽplatio memoriæ tradiderunt. quòd si idem in prima philosophia fuisset, quam primus Aristoteles & inuenit, & excoluit, ꝓfectò nihil dicere de eius excellentia oportuisset. in hac autẽ physices parte, quæ Animalium naturam pertractat, & causas, quoniam non magnopere videtur huius scientiæ pręstantia, quippe quæ in minutioribus quibusdam rebus est occupata: opus habuit Aristoteles declarare, quàm digna sit animalium perfecta cognitio. Nec mirum sit, si dixi notam omnibus fuisse naturalis scientiæ excellentiam, cum hic dicam in Animaliũ tractatione nihil ferè apparere. quod dignũ cognitu videatur. Nã si physicem veteres laudarunt, propterea laudarunt, quòd cœlestia corpora, ac ea, quæ in sublimi fiunt, q̃ nos μετέωρα dicimus contẽplatur: non autem quòd Animalium naturam cognoscit. Nam & Lucretius quando philosophiam laudat, non alia ratione laudat, quàm quòd ea cognoscit, & inspicit, quæ homines admirantur. admirantur autem tonitrua, fulgura, terremotus, ac huiusmodi alia, quæ ignarum vulgus non parùm solet expauescere. & latinus poeta sapientiam ex-

optat, non quia illam ob animalium cognitionem admiretur, sed quia ob earũ rerum tractationem, quæ à sensibus nostris remotæ sunt, nihil nõ habet, quod admiratione dignum sit. Cupit enim discere.

„ *Defectus solis varios, lunæq. labores,*
„ *Vnde tremor terris, qua vi maria alta tumescũt.*
„ *Obicibus ruptis, rursusq. in se ipsa residant.*
„ *Quid tantum Oceano properent se tingere soles*
„ Hyberni, *vel quæ tardis mora noctibus obsit.*

Illam igitur physices partem non erat opus cognitione, ac studio dignam prædicare: hanc autem, quæ in Animalibus explicandis occupatur & laudare oportebat, & rationem ostendere, quamobrem amplexanda sic sapientiæ studiosis. quod hoc in loco facit summus Auctor. Nam substantias, quæ natura cõstant, alias immortales ait esse, & nũquam genitas, alias, quæ & oriuntur, & occidunt. substantias autem intelligit, quæ sub sensum cadunt, & quę motionis habent principium. Nam & cœlestia corpora substantiarum sensibilium, & naturalium nomine comprehenduntur. hinc enim illa diuisio in septimo Metaphysicorum posita, & in duodecimo repetita, substantiarum alias esse sensibiles, ortum & interitũ patientes; alias sensibiles quidem, sed ab omni ortus, aut interitus mutatione liberas, immortales, & nunquam genitas.

genitas: alias, quæ & sensum fugiunt, & nõ solum ortum, & interitum non patiuntur: sed omne etiam mutationis genus; immobiles, sempiternas, actus puros, ab omni materiæ sorde seiunctissimas. In primo autem libro de cœlo, antequam ab orbicularis motus natura cœli præstantiam cœpisset ostendere, primum sumpsit omnia corpora naturalia motum habere, cœlesti etiam corpore comprehenso: quippe corporum diuisionem paulopost ponit in simplicia, & composita; & simplicia duum generum motibus ait agitari recto, & orbiculari: illum elementis conuenire: hunc cœlo. quoniã igitur physicus duo hæc substantiarum genera contemplatur, quippe quæ naturam habent, & motum: propriam materiam, in qua est occupatus considerans substantiarum naturalium alias dici: esse immortales, & nunquam genitas: alias, quæ & ortum, & interitum patiũtur. illas autem substantias immortales, & diuinas minus cõtẽplari propterea inquit possumus, quòd cum omnis nostra cognitio, à sensu orta, & aucta sit, in cœlo pauca sunt, quæ sensus moueant: sunt enim ab ijs remotissima. cum autem plura sint, in quibus, ac de quibus cognoscere cupimus, paucissima sunt, quæ sensus pcipit: vt hac de causa à sensus imbecilla perceptione debilis etiam sit mentis comprehensio.

ſio . quò fit, vt pauca de corporibus illis diuinis, & immortalibus, nobis cõtemplatio relinquatur . æterni quidẽ motus, qui in orbem eſt, certa, atque indubitata habetur cognitio, quã tradidit Ariſtot. in octauo de naturali Auſcultatione, & in duodecimo Metaphyſicorum. immortalitatis etiam cœli apud Ariſtotelicos certa eſt fides, quam primo de cœlo volumine demonſtrauit primum à motus natura, deinde ẽt ab alijs, quæ cœleſtis corporis propria ſunt . at cũ & alia ſint, quæ noſſe operæprecium eſt: hęſitauit plerunque diuinus Vir, & non ſine præfatione quod ſentiret literis tradidit: quemadmodum in arduis illis difficultatibus, quas ſecundo libro de cœlo proponit . ait enim . πει-
» ρατέον λέγειν τὸ φαινόμενον, αἰδοῦς ἀξίαν εἶναι
» νομίζοντες τὴν προθυμίαν μᾶλλον ἢ θράσους, ἤ-
» τις διὰ τὸ φιλοσοφίας διψῆν, καὶ μικρὰς εὐπο-
» ρίας ἀγαπᾷ, περὶ ὧν τὰς μεγίστας ἔχομεν ἀπο-
ρίας, &c. & alibi etiam in hanc ſententiam nõnulla dixit: vt quãdo quærit, cur cœlum in hæc, & non in illa vertitur. ex quibus omnibus comprobatur ſubſtantiarum illarum cœleſtium minimas eſſe contemplationes paucaq́. de ijs in certam ſcientiam cadere . contrà verò res mortales, vt ſtirpes, & Animãtes vberius inquit poſſumus cognoſcere (hoc enim eſt τὸ εὐποροῦμεν) in cauſa autem eſt, quòd eas familiariter

continuè

continuę cernimus, & paucissimo interuallo sensibus percipimus. sunt enim & animalia, & stirpes in ea mundi regione, in qua & nos degimus, vt hac de causa σύντροφον quid habere dicamur cum ijs. quò fit vt quicunque in Animalium, & stirpium cognitione summo studio elaborarit, plurima discat, quę in quoque genere sunt. elaborare autem summo studio potest aliquis, quando primum, quæ potest aspectu viderit, ac peruestigarit; quæ autem videre nequit, ab alijs, qui fide digni sunt acceperit: aut etiam tabellis à peritioribus depictis conspexerit. sic didicit Animalium ferè omnium naturam, mores, actiones, affectus Aristoteles: sic eorum causas diligentissimè tradidit. sic Theophrastus, quæ ad stirpium naturam attinent ita cognouit, vt mirum sit vnum hominem in altioribus philosophiæ rebus occupatum tãtum agnouisse de natura stirpium, & causas appositissimè explanasse. sic tempestate nostra Melchior Guilandinus Borussus Herbarum, atque adeò omnis plantarum generis cognitionem summa cum laude Patauij docens, cum græcè, & latinè sit eruditissimus, nihil non calleat, quod ad altiorem philosophiam, rem medicã, eloquentiam, poëtarum artem, totius antiquitatis exactissimam cognitionem, pertinere videatur, in quibus singulis profecisse maxi-

mum

mum est: tamen Animalium, & stirpium cognitionem ita tenet, vt nemo illum non admiretur, nemo non suspiciat. elaborauit ille ἱκανῶς (vt verbo vtar Aristoteleo) varijs etiam in orientem peregrinationibus susceptis, vt omnia, quæ omnis ferè vel à nostro orbe remotissima fert regio, videret, attrectaret, transferret. Sed nolo viri doctissimi recensere laudes. Nã cum aliam ille, atque mea est exposcunt facundiam, tum etiam alienus locus hic est. Conferenda sunt in translatione plurima, præsertim quod est in græcis verbis τὸν πάντα αἰῶνα, quod Gaza vertit elegantissimè seculis omnibus. αἰῶνα enim latina lingua vix habet, quomodo exprimat. nõnulli sempiternitatem vertunt, vt Argyropolus primo libro de cœlo. æuum aliqui; plures sæculum. latina voce expressit Lucretius τὸν αἰῶνα.

„ *Omnis enim per se diuum Natura necesse est*
„ *Immortali æuo, summa cum pace fruatur.*

sed neminem habemus, qui vocem hanc explicet cõuenientius, quam ipsum in primo libro de cœlo. cuius verba hic apponam nõ tam ob huiusce vocis explanationem, quàm quòd quæ eo loco dicit de cœlestibus corporibus, de quibus & hoc loco loquitur, mire cõueniunt cum
„ his. διόπερ οὔτ' ἐν τόπῳ τἀκεῖ πέφυκεν, οὔτε
„ χρόνος αὐτὰ ποιεῖ γηράσκειν, οὐδ' ἔστιν οὐδενὸς οὐδεμία

δεμία μεταβολὴ τῆς περὶ τὴν ὀξωτάτω τεταγμένων φορὰν, ἀλλ᾽ ἀναλλοίωτα καὶ ἀπαθῆ τὴν ἀρίστην ἔχοντα ζωὴν καὶ τὴν αὐταρκεστάτην, διατελεῖ τὸν ἅπαντα αἰῶνα. καὶ γὰρ τοῦτο τοὔνομα θείως ἔφθεγκται παρὰ τῶν ἀρχαίων. τὸ γὰρ τέλος τὸ περιέχον τὸν τῆς ἑκάστου ζωῆς χρόνον οὗ μηδὲν ἔξω κατὰ φύσιν, αἰὼν ἑκάστου κέκληται. κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον καὶ τὸ τοῦ παντὸς οὐρανοῦ τέλος, καὶ τὸ τὸν πάντα ἄπειρον χρόνον καὶ τὴν ἀπειρίαν περιέχον τέλος, αἰών ἐστιν, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ εἶναι εἰληφὼς τὴν ἐπωνυμίαν, ἀθάνατος καὶ θεῖος, ὅθεν καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξήρτηται, τοῖς μὲν, ἀκριβέστερον, τοῖς δ᾽ ἀμαυρότερον, τὸ εἶναί τε καὶ ζῆν, propriè igitur αἰὼν immortalibus solet tribui, vt cœlcstibus corporibus ab eodem, in libris de cœlo, & Meteorologicis: & diuinis, & immortalibus mentibus in duodecimo primæ philosophiæ. hoc, quod maioris momenti est, adnotasse placuit. Cętera per se quisque conferat.

με.

Ἔχει δ᾽ ἑκάτερα χάριν. τῶν μὲν γὰρ, εἰ καὶ κατὰ μικρὸν ἐφαπτόμεθα, ὅμως διὰ τὴν τιμιότητα τοῦ γνωρίζειν, ἥδιον ἢ τὰ παρ᾽ ἡμῖν ἅπαντα. ὥσπερ τῶν ἐρωμένων μικρὸν μόριον κατιδεῖν ἥδιόν ἐστιν, ἢ πολλὰ ἕτερα καὶ μεγάλα, δι᾽ ἀκριβείας ἰδεῖν. τὰ δὲ, διὰ τὸ μᾶλλον, καὶ πλεῖον γνωρίζειν αὐτῶν, λαμβάνει τὴν τῆς ἐπιστήμης ὑπεροχήν.

„ χὴν. ἔτι δὲ διὰ τὸ πλησιαίτερα ἡμῶν εἶναι καὶ
„ τῆς φύσεως οἰκειότερα, ἀντικαταλλάττεταί τι
„ πρὸς τὴν περὶ τὰ θεῖα φιλοσοφίαν.

XLV.

„ *Vtrunque tamen studium nos delectat. Res*
„ *nanque illas superiores, tametsi leuiter at*
„ *tingere possumus, tamen ob eius cognoscendi ge-*
„ *neris excellentiam amplius oblectamur, quàm*
„ *cum hæc nobis iuncta omnia tenemus: quemad-*
„ *modum quamlibet partem, minimamq́. corporis*
„ *nostrarum puellæ deliciarum vidisse gratius, ac*
„ *iucundius est, quàm ceterorum hominum mēbra*
„ *perspexisse, & contrectasse, at hęc inferiora, quia*
„ *& plura sunt, & cognosci plenius possunt, idcir-*
„ *co præstantiam sibi scientiæ vendicant. quin etiā*
„ *quod & nobis propiora, & naturæ familiariora*
„ *sunt, hinc aliquid cum rerum diuinarum studio*
„ *rependunt, atque compensant.*

Comm. Quod propositum erat, hoc in loco videtur absoluere. demonstrat enim studiū, quod in animalium notione impenditur bonum esse, & homine maximè dignū: Cum in omnibus naturam admirari liceat. comparat autem duas has, quæ ab homine possunt haberi cognitiones, alteram, quæ cælestium est, alterā, quæ Animalium, & stirpium. vtramque autem pergratam

tam esse, & non parùm oblectare. Nam superiores res, & cœlestes quamquam leuiter attingamus ob eas, quas superius attulimus rationes, tamen iucundiores esse cognitu ita præcisè comprehẽsas, quàm si omnia, quæ apud nos sunt optimè norimus. Cum enim diuina illa corpora sint, & immortalia, atque à Deo sine medio prudentia, quibus quòd inferiora hæc sunt acceptum referunt, miram habere cognitionis excellentiam. quamobrem maximè homines oblectare. omnem autem cognitionem in primo de Anima libro τῶν καλῶν καὶ τιμίων esse dicit, hoc est ex eorum numero, quæ & bona sunt, & honorabilia; sed aliam alia magis, aut propter rem, qua de agitur, aut propter exquisitam demonstrationum uim. Cœlestium itaque rerum studium, & bonum est, & honorabile, ꝑpterea quòd diuinæ illæ sunt, & immortales, tametsi non adeò certa eas cognitione assequamur. τιμιώτητα igitur τῶ γνωρίζειν vocat, nõ absolutè, sed eam, quæ est propter rem, cuius cognitio est. rem autem exemplo declarat amatorio. Nam quemadmodum vel minimam corporis partem puellæ, quã adamamus, videre longè gratius est, quàm aliarum omnia membra accuratè perspicere: ita etiam diuinarum rerum vel minimum habere cognitionis longè iucundius est, quàm si alias res perfe

cta

cta scientia comprehendamus: & quidem exẽplum accommodatissimum est. Nam non solum amicã videre gratius est amatoribus, quàm alias omnes mulieres, sed etiã eius ianuam mũdo anteponunt. hinc illæ apud Elegiacos & Comicos in ianuas querelæ, salutationes, ornamenta postium. hinc Plautinus amator: saluen' valuistin': hostium occlusissimũ? Porrò quod dicit de cœlestium rerum cognitione, ꝙ quãuis leuis, sit tamen omnium iucundissima: latini ferè omnes philosophi perinde accipiunt, atque si de diuinis mentibus esset dictum. equidem non nego hanc eandem rationem posse diuinarum etiam mentium cognitioni accommodari: sed de diuinis hic mentibus nulla mentio: cum duas physicæ partes comparet, alteram, quæ cœlestium corporũ est, alteram, quæ Animalium, & stirpium. Cum itaque ostendisset gratam esse superiorum rerum notionem, ostẽdit non ingratam etiam esse Animalium scientiam. nam quamquam hæc diuina non sint, & immortalia, tamen, & plura esse, & magis à nobis percipi, quàm cœlestia. cum enim nobiscũ degant, ac continuè sensus feriant, si parumper elaborauerimus, exquisitè illa comprehendimus: quare quod propiora hæc nobis sunt, & naturæ nostræ magis familiaria aliquid cum rerum diuinarum studio rependunt. Nã quod

propiora

propiora hæc sunt,& sensibus pateāt, à quibus omnis oritur scientia, exactam habent cōprehensionem. exquisita autem comprehensio ita pænè scientiam nobilitat, vt etiam res de qua scientia est, quamuis nobilissima sit. sic enim Geometriæ studiū Astrologiæ ἀνϑικαταλλάττεσϑαι possumus dicere, propterea quòd exquisita demonstrandi Geometrarum ratio, nobilitati corporum cœlestium, in quibus cernitur Astrologia, repēditur,& compensatur. quod si quis quærat, præstet ne rei nobilitas accuratæ demonstrationi; Aristotelis sententiā esse putarim sine dubitatione præstare. quamobrem & Astrologiam nobiliorem est Geometria nō semel videtur innuere. neque solùm quòd φυσικωτέρα sit: sed etiam quòd in nobilissima materia est. Quærunt etiam, an scientia, quæ de Anima est, quam & propter animæ præstantiam, & propter demonstrationum vim maximè honorabilē vocat Aristoteles, scientia corporum cœlestium præstantior sit. neque desunt rationes, quibus vtramque posit quisque tueri sententiam. mihi tamen cœlestium corporum cognitio scientiæ de Anima præstare videtur. quòd si dicit Aristoteles in hac esse & exquisitas demōstrationes, & nobilem, qua de agitur materiam: tamen nobilem esse, absolutè accipiendum non est. est enim nobilis mate-

ria Anima, si cum ijs rebus conferatur, quæ infrà cœlum sunt. Nam si cum cœlo conferatur nō adeò nobilis est. nec quis obijciat quod cœlum quamquam diuinum est, & immortale corpus, corpus tamen est; anima autē anima est. hoc est summum quid, & diuinum in rerū vniuersitate, quæ magna ex parte Deo similis est. Nam quod Aristoteles respondit in arduis ijs dubitationibus, quæ sunt in secundo de cœlo
„ possum & ego respondere, ἀλλ᾽ ἡμεῖς ὡς περὶ
„ σωμάτων μόνον αὐτῶν καὶ μονάδων τάξιν μὲν
„ ἐχόντων, ἀψύχων δὲ πάμπαν διανοούμεθα. δεῖ
„ δὲ ὡς μετεχόντων ὑπολαμβάνειν πράξεως καὶ
„ ζωῆς. οὕτω γὰρ οὐδὲν παράλογον εἶναι δόξει τὸ
„ συμβαῖνον. quòd si cœlestia corpora ita sumimus, vt ipsorum animam cogitatione secludamus: dicere non dubito humanæ Animæ cognitionem cœlorum scientia non esse ignobiliorem.

μς'.

„ ΕΠεὶ δὲ περὶ ἐκείνων διήλθομεν λέγοντες
„ τὸ φαινόμενον ἡμῖν, λοιπὸν περὶ τῆς ζωϊ-
„ κῆς φύσεως εἰπεῖν, μηδὲν παραλιπόντες εἰς δύ-
„ ναμιν μήτε ἀτιμότερον, μήτε τιμιώτερον. καὶ
„ γὰρ ἐν τοῖς μὴ κεχαρισμένοις αὐτῶν πρὸς τὴν
„ αἴσθησιν κατὰ τὴν θεωρίαν ὁμοίως ἡ δημιουργή-
„ σασα φύσις, ἀμηχάνους ἡδονὰς παρέχει τοῖς δυ-
„ ναμένοις τὰς αἰτίας γνωρίζειν, καὶ φύσει, καὶ

φιλοσό-

» φιλοσόφοις, καὶ γὰρ ἂν εἴη παράλογον καὶ ἄτο-
» πον, εἰ τὰς μὲν εἰκόνας αὐτῶν θεωροῦντες χαί-
» ρομεν, ὅτι τὴν δημιουργήσασαν* συνθεωροῦμεν.
» οἷον τὴν γραφικὴν, ἢ τὴν πλαστικήν. αὐτῶν δὲ
» τῶν φύσει συνεστώτων μὴ μᾶλλον ἀγαπῶμεν τὴν
» θεωρίαν, δυνάμενοί γε τὰς αἰτίας καθορᾶν.

XLVI.

» *Sed cum iam satis de illis egerimus, nostramq.*
» *explicauerimus sententiam, restat vt de Ani*
» *mãte Natura disseramus, nihil pro viribus omit*
» *tentes vel vilius, vel nobilius. nam & in ijs, quæ*
» *hoc in genere minus grata nostro occurrunt sen-*
» *sui, natura parens, & auctor omnium miras ex-*
» *citat voluptates hominibus, qui intelligunt cau-*
» *sas, atque ingenuè philosophantur. absurdum*
» *enim, nullaq. ratione probandum est, si imagines*
» *quidem rerum naturalium non sine delectatione*
» *propterea inspectamus, quòd ingenium vnà con-*
» *templamur, quod illas cõdiderit, idest artem pin-*
» *gendi, aut pingendi. rerum aũt ipsarum Naturæ*
» *ingenio, miraq. solertia constitutarum contem-*
» *plationem, nõ magis persequamur, atque ex oscu*
» *lemur, modo causas perspicere valeamus.*

Postquam collatione duarum physices partium facta, eius videlicet, quę in cœlesti corpore cognoscendo est occupata, & eius, quæ ani- *Comm.*

malium naturam, & affectiones agnoscit: statuit vtriusque studium iucundũ esse illius propter diuinitatem rerum, de quibus est; huius propter accuratam,& exploratam fidem,quam ab ipsis sensibus mens assequitur: hoc loco propositum suum aperit. Nam cum de cœlestibus corporibus in libris de cœlo egerit, reliquum esse sibi alteram naturalis scientiæ partem exsequi,quæ in animalium cognitione versatur. de ijs autem ait se dixisse ὃ φαινόμενον, hoc est quod apparet,eò quòd, vt superius ostẽsum est, cum diuinũ corpus à sensibus nostris remotissimum sit,ille rectè philosophatur,qui quod sentit ingenuè pronunciat: modo rationi non aduersetur. quod autem sentit quisque hoc ὃ φαινόμενον est. sic autem & in secundo de cœlo in propositis dubitationibus ὃ φαινόμενον sese dicere fatetur. adde quòd philosophi modestia hoc postulare videtur,vt sua, quo ad eius fieri possit non extollat sed moderatione quadam adhibito etiam iudicio minuat. de Animalibus itaque restare sibi post cœlestem tractationẽ agere dicit: in quibus nihil se omissurum pollicetur, quod vel nobilius, vel vilius sit. de omnibus igitur, quæ in hac commentatione possunt scientia comprehendi, seu illa vilia sint, seu nobilia, atque præstantia. Nam si omnia conferat animalia, alia alijs inuenies

nobiliora

nobiliora multis de causis: multa etiam ignobilissima, & humanæ naturæ maximè noxia: tamen quoniam scientia naturalis in omnibus, quæ natura fabricata est, cognoscendis est posita: idcirco physici est non vnum, aut alterũ animal pertractare, sed de omnibus, quoad eius fieri posit, disserere. Nam & in ijs, quæ minus grata sensibus sunt, vt in serpentibus, lupis, & alijs huiusce generis Natura est: quæ vt eorum Animaliũ, quæ & pulchriora, & nobiliora sunt parens existit, ita etiam eorum, quæ nobis iniucunda sunt, & noxia. Nam quatenus à natura facta sunt, quæ nihil frustrà, nihil molitur fortuitò, nihil non habent quod cognitu dignissimum sit. rem autem à loco probat, qui dicitur à minori. Nam si picturas summa delectatione solemus inspicere, quæ rerum Naturalium imitationes sunt, non quia coloribus depictæ sint, aut pennicillo effigiatæ, sed quoniam artificio cõstant, quòd vel in minimis rebus benè expressis admiramur: quid inquit in causa est, cur etiam naturalium rerum scientiam nõ amplectimur, & exosculamur? in qua non artem, quæ naturam imitatur, sed naturam ipsam licet admirari, & suspicere: quando norimus rationem reddere, à quibus, & propter quæ affectum vnumquodque sit. exempli loco sint insecta, quæ possunt ab vnoquoque despici, qui

Naturæ ſtudium non attigerit. at qui Naturæ vires ſpeculetur, mirabitur in tam paruis & tam nullis, vt ait Plinius, Naturæ vires, & mirabilẽ perfectionem. eſſe ſenſus in culice tam paruo animali, & pænè nullo: eſſe inſtrumẽtum, quo noxia propellat, ac lędat: eſſe alas, quibus volet: atque alia & dictu minora, & mirabiliora ſine dubio. quæ cum ita ſint non iniuria ab Ariſtotele dictum eſt, in omnibus Animalibus naturæ vires licere contemplari; & nullum eſſe tam deſpicabile, cuius cognitio philoſophię ſtudioſis miram non pariat iucunditatem. Cæterum adnotandum, quod hoc in loco dicit, homines rerum Naturalium imagines depictas, aut exculptas ſumma cum voluptate aſpicere, quòd in ijs artem, aut picturam, aut fictricem (ſic dico τὴν πλαςικὴν) aſpiciunt: in libro de Poëtica clarius expreſsiſſe, & rationem etiam reddidiſſe, cur homines depictis, aut exculptis imaginibus delectentur. eſſe enim humano generi inſitam imitationis vim; & primas diſciplinas imitatione homines conſequi; & imitatione mirum in modum gaudere. Nã quæ vera aſpicere exhorreſcimus, ea picta, aut ficta videre maximè oblectari. in cauſa autem eſſe, quòd diſcere omnibus iucundum ſit. hac enim ratione imagines libenter aſpicere, quòd ex ijs ratione colligãt quòd illud ſit, quod depictum, aut exculptum

culptum

culptum est, quod prius re vera cognouerint. Nam in ijs, quæ prius quispiã non viderit nullam esse oblectationem propter imitationem: sed aut propter artem, aut etiam propter colores, & alia huiusce generis. ex his autem sumimus plures esse posse in videndis imaginibus delectationes. Nam aut quòd à pictis rebus veras ratiocinatione colligimus: aut quòd si ea, quorum imagines pictæ sunt, nunquam vidimus, artis admiramur excellentiam: aut quòd colorum varietatem, aut etiã materiam, vt aurum, marmor parium, æs Corinthium, laudamus. Argumentũ autem Aristotelis, quo probat naturæ contemplationem in omnibus esse iucundissimam ab eo delectationis genere sumitur, quod est propter artem.

μζ.

» Διὸ δεῖ μὴ δυσχεραίνειν παιδικῶς τὴν πε-
» ρὶ τῶν ἀτιμοτέρων ζώων ἐπίσκεψιν. ἐν
» πᾶσι γὰρ τοῖς φυσικοῖς ἔνεστί τι θαυμαστόν. καὶ
» καθάπερ ἡράκλειτον λέγεται πρὸς τοὺς ξένους
» εἰπεῖν τοὺς βουλομένους αὐτῷ ἐντυχεῖν, οἳ ἐπειδὴ
» προσιόντες εἶδον αὐτὸν θερόμενον πρὸς τῷ ἰπ-
» νῷ, ἔστησαν. ἐκέλευσε γὰρ αὐτοὺς εἰσιέναι θαρ-
» ροῦντας. εἶναι γὰρ καὶ ἐνταῦθα θεούς. οὕτω καὶ
» πρὸς τὴν ζήτησιν περὶ ἑκάστου τῶν ζώων, προ-
» σιέναι δεῖ μὴ δυσωπούμενον. ὡς ἐν ἅπασιν ὄντος
» * φυσικοῦ καὶ καλοῦ. τὸ γὰρ μὴ τυχόντως, ἀλ- * τινος.

,, λ' ἕνεκά τινος, ἐν τοῖς τῆς φύσεως ἔργοις ἐστὶ καὶ
,, μάλιστα. οὗ δ' ἕνεκα συνέστηκεν ἢ γέγονε τέλος,
,, τὴν τοῦ καλοῦ χώραν εἴληφεν. εἰ δέ τις τὴν περὶ
,, τῶν ἄλλων ζώων θεωρίαν, ἄτιμον εἶναι νενόμικε
,, τὸν αὐτὸν τρόπον οἴεσθαι χρὴ καὶ περὶ αὐτοῦ. οὐκ
,, ἔστι γὰρ ἄνευ πολλῆς δυσχερείας ἰδεῖν, ἐξ ὧν συ-
,, νέστηκε τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος. οἷον, αἷμα, σάρ-
,, κες, ὀστᾶ, φλέβες, καὶ τὰ τοιαῦτα μόρια. ὁμοίως
,, τε δεῖ νομίζειν τὸν περὶ οὑτινοσοῦν τῶν μορίων,
,, καὶ τῶν σκευῶν διαλεγόμενον, μὴ περὶ τῆς ὕλης
,, ποιεῖσθαι τὴν μνήμην μὴ δὲ ταύτης χάριν, ἀλλὰ
,, τῆς ὅλης μορφῆς. οἷον καὶ περὶ οἰκίας, ἀλλὰ μὴ
,, πλίνθων καὶ πηλῶν, καὶ ξύλων. καὶ τὸν περὶ φύ-
* ὅλης. ,, σεως περὶ τῆς συνθέσεως καὶ τῆς* ἄλλης οὐ-
,, σίας. ἀλλὰ μὴ περὶ τούτων, ἃ μὴ συμβαίνῃ χω-
ριζόμενα ποτὲ τῆς οὐσίας αὐτῆς.

XLVII.

,, QVamobrem viliorum Animalium disputa
,, tionem perpensionemq́. fastidio puerili
,, quodam spreuisse, molesteq́. tulisse dignũ
,, nequaquam est: cum nulla rēs sit Naturæ, in qua
,, non mirandum aliquid inditũ habeatur: & quod
,, Heraclitum dixisse ferunt ad eos, qui cum allo-
,, qui eũ vellent, quòd fortè in casa furnaria qua-
,, dam caloris gratia sedentem vidissent, accedere
,, temperarunt. ingredi enim eos fidenter iussit, quo
,, niam inquit, ne huic quidem loco dij desunt im-
,, mortales. hoc idem in indagãda quoque natura
animan-

" *animantium faciendum est. aggredi enim quæq. sine vllo pudore debemus, cùm in omnibus naturæ numen & honestum, pulchrumq. insit ingeniũ. quippe cùm Naturæ operibus iunctum illud præcipuè sit, vbi nihil temerè, viceq. fortuita committatur, sed alicuius gratia omnia agantur, finis aũt, cuius gratia quicquã vel cõstat, vel conditũ est boni, honestiq. obtinet rationẽ: at verò si quis cæterorum Animalium contemplationem ignobilem, abiectamq. putat: iam hic de se quoque idẽ arbitrari debet. non enim fieri potest, vt ea sine magna abominatione inspiciamus, ex quibus corpus constat humanũ, vt sanguinem, carnem, ossa, venas, reliqua generis eiusdem. Omninò ita censendum est, vt qui de quauis corporis parte, aut de vase aliquo disputat, non de materia, aut eius materiæ gratia doceat, sed formæ totius ratione sicut & cum de ædibus agitur, non de lateribus, non de luto, non de lignis, sed de forma ipsarum ædium docemus. pari ratione qui de Natura agit, de compositione, totaq. substantia tractet nõ de ijs, quę nũquã euenit, vt à substãtia separẽtur.*

HAec à superioribus ducta sunt. cum enim dixisset sapientiæ studiosum nihil à natura conditũ aspernabile iudicare, quòd quamuis vile sit, habet tamẽ, quod admirari aliquis possit: hoc in loco *Comm.*

loco omne amouet fastidium, & difficultatem, q̃ in tractãdis Animalibus esse videretur. pue rile enim esse Animalia quædam viliora despicere. Nam si physici studium in ijs est, quæ natura constant: & natura constant vel vilissima animalia: perspicuum est in ijs etiam operam suam physicum impendere oportere. Natura enim vbi est, ibi aliquid semper est, quod admiratione prosequamur: nihil enim agit illa frustra: quò fit, vt si finem spectemus propter quẽ molita est singula, in singulis quod admiremur habeamus. recitat autem Heracliti historiam, quem cum conuenire vellent, & alloqui hospites, qui eius alloquendi causa venerant, inuenerunt in furnaria casa sedentem: qui vbi eò accedere noluerunt, accederent ipse hortatus est, esse enim vbique Deos immortales. erat enim inter Heracliti dogmata, vt à Diogene relatum est, animarum, ac Demonum plena esse omnia. quod itaque ab Heraclito dictũ est de Dijs immortalibus, qui vbique locorum sunt: illud de Naturæ admiratione dici posse ait in omnibus animalibus. quare omnium notitiam perquirendam esse sine pudore: cum in omnibus natura sit, & bonum, & honestum eius ingenium. bonum autem, quod in Naturalibus rebus est, finem esse, cui omnia naturà destinata sunt, & hoc in loco dicit, & in secũdo de Naturali Ausculta-

ſcultatione, præſertim vbi & Euripidem reprē hendit, qui finem omne exrremum iudicauit. non enim extremū omne finem eſſe, ſed quod & optimū eſt, & expetibile. his ita poſitis addit, quod ſi quis Animalium cæterorum cōtemplationem ignobilem, & abiectam putat, idem ēt, de ſe ipſo iudicare pōt. Nāſi ideo animaliū cognitionem negligit, quòd non ſine faſtidio carnes, oſſa, nerui, arteriæ, humores omnes poſſint & aſpici, & cogitari: dubium non eſt, quin hoc etiam in ſe ipſo faciat. nam & homo ex iiſdem cōſtat, ex quibus etiam animalia, quæ negligit. nam & in eo ſanguinem, & carnes, & oſſa non ſine faſtidio, & videre & cogitare aliquis poſſet. quare quod ad partes attinet, ex quibus diſsimilares partes conſtant, & totū animal, nihil eſſe oſtendit, in quo hominem alijs animalibus præſtare arbitremur. ſed aliter ſanè rem eſſe debere demonſtrat. nam in omni opere, quod arte fabrefactum eſt, materiam nō inſpici, ex qua opus illud conficitur, vt in vaſe æs, aut ſtannum; ſed formā, & artificium, quēadmodum quando de ædibus agitur, ita agitur, quia ædes ſunt, non quia ex intrito, lateribus ve fabrefactæ, & conſtructæ ſint. eodem itaque modo & de Animalibus, eorumq. partibus, ac poſtremò de omnibus naturæ rebus ita debere phyſicum agere, vt Naturam inſpiciat, compoſitio-

sitionemq́. ac denique substantiam ipsam, quæ forma est: quæ cum inseparabilis sit à materia, quam obtinet, fieri non potest, vt sine illa materia cóprehendatur. à forma enim seiungi nullo modo potest materia: quemadmodum etiã forma, cum ambę rei compositæ σωμάτια sint, & vnitate inseparabili copulata. quod autem vnum est, vt vnum non sit, fieri nullo pacto potest. Corrigenda autẽ (vt opinor) aliqua sunt in græcis verbis. Nã quod ὁμοίως legitur ὅλως melius legeretur quemadmodum legisse videtur Theodorus. & quod est περὶ ἄλλης οὐσίας longè melius περὶ ὅλης οὐσίας, vt idem vertit. nam neque ὁμοίως habet, quò referatur, cum nihil simile superius dictum sit: neque concinna erit sententia, si post Naturam, ac compositionem ἄλλην οὐσίαν afferendam intelligimus. quæ enim hæc est? quod autem ὅλης legi debeat, confirmat & artis simile, quod paulò ante apponitur, ait enim ἀλλὰ τῆς ὅλης μορφῆς. Ephesius quoque ita legit, & declarat locũ húc.

μη´.

» Ἀναγκαῖον δὲ πρῶτον τὰ συμβεβηκότα
» διελεῖν περὶ ἕκαστον γένος, ὅσα καθ᾽ αὑτὰ
» πᾶσιν ὑπάρχει τοῖς ζώοις. μετὰ δὲ ταῦτα τὰς
» αἰτίας αὐτῶν πειρᾶσθαι διελεῖν. εἴρηται μὲν οὖν
» καὶ πρότερον, ὅτι πολλὰ κοινὰ πολλοῖς ὑπάρ-
» χει τῶν ζώων, τὰ μὲν ἁπλῶς οἷον πόδες, πτερὰ,

„ λεπίδες, καὶ πάθη δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον τούτοις.
„ τὰ δ' ἀνάλογον, λέγω δὲ ἀνάλογον, ὅτι τοῖς μὲν
„ ὑπάρχει πνεύμων. τοῖς δὲ πνεύμων μὲν οὔ. ὃ
„ δὲ τοῖς ἔχουσι πνεύμονα, ἐκείνοις ἕτερον ἀντὶ
„ τούτου. καὶ τοῖς μὲν αἷμα τοῖς δὲ τὸ ἀνάλογον
„ τὴν αὐτὴν ἔχον δύναμιν, ἥνπερ τοῖς ἐναίμοις τὸ
„ αἷμα. τὸ δὲ λέγειν χωρὶς περὶ ἑκάστου τῶν καθέ-
„ καστον, καὶ ἔμπροσθεν εἴπομεν, ὅτι πολλάκις
„ ταὐτὰ λέγειν συμβήσεται, ἐπειδὰν λέγωμεν
„ περὶ πάντων τῶν ὑπαρχόντων. ὑπάρχει δὲ
πολλοῖς ταὐτά. ταῦτα μὲν οὖν, ταύτῃ διωρίσθω.

XLVIII.

„ *SEd primum ea distingui singulis in generibus*
„ *necesse est, quæ per se animalibus accidunt o-*
„ *mnibus. post verò causas persequi eorum conan*
„ *dum est. Quod igitur ante diximus multa in mul*
„ *tis animalibus insunt communia, partim simplici*
„ *ratione, vt pedes, pennæ, squamæ, atque etiam af*
„ *fectus similiter: partim proportione. proportio*
„ *ne inquam, quod alijs pulmo datus est, alijs pul-*
„ *mo quidem negatus, sed vice pulmonis iunctum*
„ *aliquid est, quod pulmoni respondeat. alijs item*
„ *sanguis inest, alijs sanguinis proportionale, quod*
„ *eãdem in genere exangui obtinet uim, quam san*
„ *guis in cõpote illo sanguinis habet. Verũ si seor-*
„ *sum de singulis disputetur, eueniet, quod dictum*
„ *iam est, vt sæpe eadẽ iterentur, dum de omnibus,*
„ *quæ adiuncta sunt agitur: quippe cum eadem*

com-

„ *compluribus iuncta habeantur. Hæc ita placeat* „ *præfiniri, & statui.*

Comm. QVoniam Animaliũ cognitio aspernanda non est, quemadmodũ probauit superioribus verbis: videndũ est, quæ sit in ea tradenda recta docendi via, & ratio. eam igitur hoc loco docet, quamquam superius etiam docuit. necesse enim esse distingui per singula genera, accidentia, quæ omnibus accidunt Animalibus, deinde causas vniuscuiusque reddi apposite. accidentia sanè sunt varia, partim quæ vnius speciei ꝓpria sunt: partim quæ vni generi; partim, quę omnibus Animalibus tribuuntur. Vnius speciei sunt, sermo in homine, caluitium, rectitudo corporis. quæ vni generi conueniunt sunt, vt piscibus Branchiarum vsus. quę verò omnibus animalibus tribuuntur, sunt, sensu vti, sex habere positionis habitudines, & id genus. de quibus igitur Aristoteles loquitur? an de omnibus? Nam in quoque genere, & quę speciei propriè accidunt videnda sunt, & quæ generi. rursus quæ generi insunt, an etiam alijs Animalium generibus tribuãtur, quærendum est. Hoc igitur est, quod ait, in singulis generibus distinguenda esse accidentia, quæcunque per sese omnibus Animalibus conueniunt. rectè autem

addit

addit per ſeſe. Nam quæ animali conueniunt, ideò conueniunt, quia animal eſt, & do eo ſecunda ratione dictionis per ſeſe enunciantur; neque alij præter animal tribuuntur. codē autem modo, quæ generi, aut ſpeciei inſunt alicui. hæc igitur accidentia, quæ per ſe Animalibus ſunt, diſtinguere primū oportet, quaſi ſenſu cognita, aut aliorum relatione: deinde cauſas illorum exquirere. hoc enim phyſicorum proprium eſt in Animalium commentatione ab ijs, quæ ſenſus feriunt exordiri, quorum cauſas poſtea & quærant, & afferant. hoc enim initio huiuſce libri ſtatutum eſt non ſemel. accidentia autem, quemadmodum paulò ante declarauit: alia docet eſſe Animalibus ſimpliciter communia: alia proportione. communia quidem ſimpliciter eſſe, pedes, pennas, ſquamas: communia verò proportione pulmonem, & quod pulmoni reſpondet. Nam cum pulmo inſpirationis gratia ſit; inſpiratio autem per aërem fiat, piſces, q. aërem inſpirare nequeunt, cum in aquis degant, pulmone carent, vt ipſe in libro de Reſpiratione, & Theophraſtus in libro de Piſcibus tradiderunt. pulmonis autem loco habent, quas appellant Branchias, quæ rationem pulmonis cum habeant, eius dicuntur eſſe τὸ ἀνάλογον. eandem autem & ſanguinis, & eius, quod ipſius proportionē ſeruat, ratio-

nem

nem esse. Nam quod in sanguineis sanguis est, illud in ijs, quæ carent sanguine sanguinē quidem non esse, sed proportionem habere ad sanguinem. Nam formica, & insecta alia habent & illa extremum illud alimētum, quo nutriuntur, & augescunt, & à quo primam ortus sui habent originem. hoc autē dubium non est, quin sanguinis rationem teneat. hæc itaque cùm cō munia sint accidentia pluribus & speciebus, & generibus Animalium, singulatim de ijs non esse agendum ostendit, ne (quod superius docuit) sæpenumero repetantur eadem. sed dubitabit fortasse quispiam de ijs quæ communia simpliciter vocat Aristoteles accidentia, vt pedes, squamas, pennas. Nam & hæc proportionem in alijs habere videntur. Nam piscium pinnæ (quæ nos πτερύγια dicimus) videntur ad pedes gressibilium Animalium rationem tenere, aut saltem ad pennas auium. imò & ipsæ auium pennæ pedibus proportione respondere videntur. squama autem pilorum, ac plummarum rationem habere manifestum est. An nulla hæc proportio est, sed absolutè communia accidentia, aut membra sunt? Nam licet pedes ingressum peragant, qui cum volatu, & natatu, ac reptione sub vno pænè genere cōprehenditur: tamen proportionem nō habent ad mēbra, quibus natatus, aut volatus, aut reptio conficitur.

conficitur. Nam & paulopost, & initio librorum de historia Animalium membra eadem alia dicit esse proportione, alia genere, alia specie. pedes autem cum excessum, & defectum patiantur sub genere, non sub proportione stantur. de squamis autem quid dicamus, cum eas proportionem habere dicat in libris de Historia cum plummis? nisi quòd exempli loco posuit hoc in loco, initio verò librorum de Historia rem aperuit vt sese habet. an etiam nihil prohibet eadem membra, & accidentia nō eadem ratione cōmunia tùm absolutè tùm proportione appellare? Nam quatenus sub vno genere reponuntur communia simpliciter sunt, & defectum patiuntur, & excessum in speciebus: quatenus autem in vniuerso Animalium genere collocantur communia sunt, non absolutè omnibus, sed proportione. sic enim pedes cum in terrestribus Animalibus cōmunes sint simpliciter, in vniuersis proportione communes sunt. Nā in piscibus pinnæ pedū rationem obtinent. sic & pulmo cum commune sit viscus sanguineorum Animalium, si sub vniuerso genere collocetur, commune erit proportione. Nam in piscibus Branchiæ ei respondent proportione.

μθ΄.

» ΕΠεὶ δὲ τὸ μὲν ὄργανον πᾶν, ἕνεκά του, τῶν
» δὲ τοῦ σώματος μορίων, ἕκαστον ἕνεκά του.

» τὸ δ' οὗ ἕνεκα, πρᾶξίς τις. φανερὸν ὅτι καὶ τὸ σύ-
» νολον σῶμα συνέστηκε πράξεώς τινος ἕνεκα πο
πλήρους » λυμεροῦς. οὐ γὰρ ἡ πρίσις τοῦ πρίονος χάριν γέ-
» γονεν, ἀλλὰ ὁ πρίων τῆς πρίσεως. χρῆσις γάρ
» τις ἡ πρίσις. ὥστε καὶ τὸ σῶμά πως τῆς ψυχῆς
» ἕνεκεν, καὶ τὰ μόρια τῶν ἔργων ἕνεκα προσπέ
» φυκεν ἕκαστον. λεκτέον ἄρα τὰς πράξεις πρῶ
» τον τάς τε κοινὰς πάντων, καὶ τὰς κατὰ γέ-
» νος, καὶ τὰς κατ' εἶδος. λέγω δὲ κοινὰς μέν, αἳ
» πᾶσι ὑπάρχουσι τοῖς ζώοις. κατὰ γένος δέ, ὅ-
» σων παράλληλα τὰς διαφορὰς ὁρῶμεν καθ' ὑ-
» περοχὴν οὔσας. οἷον ὄρνιθα λέγω κατὰ γένος.
» ἄνθρωπον δὲ κατ' εἶδος, καὶ πᾶν ὃ κατὰ τὸν κα
» θόλου λόγον οὐδεμίαν ἔχει διαφοράν, τὰ μὲν
» γὰρ ἔχουσι τὸ κοινὸν κατ' ἀναλογίαν, τὰ δὲ κα-
» τὰ γένος. τὰ δὲ κατ' εἶδος.

XLIX.

» *CVm autem instrumentum omne rei alicu-*
» *ius gratia sit, & partes corporis quasque*
» *gratia esse alicuius videamus: id autem ipsum*
» *esse alicuius gratia, non nisi pro aliqua actione*
» *sit: patet iam totum etiam corpus constare ali-*
» *cuius gratia actionis plenioris. Non enim se-*
» *ctio, serra gratia facta est, sed serra sectionis*
» *gratia, cum sectio quædam vsio sit. Quapropter*
» *corpus etiam totum Animæ gratia cōditum est,*
» *& membra officiorum gratia constant, & mune-*
» *rum, ad quæ singula accommodantur. primum*

igitur

" *igitur actiones tum omnium cõmunes, tum eas,*
" *quæ suæ singulis generibus, speciebusq́. habean-*
" *tur exponi oportebit. cõmunes dico, quæ adiun-*
" *cta omnibus sunt Animalibus. suas autem pro-*
" *priasq́. appello, quarum differentias per exces-*
" *sum, siue superantiam comparando accipimus.*
" *Verbi gratia auem pro genere pono. Hominem*
" *pro specie, & quodcunque ratione illa vniuersa-*
" *li nullam differentiam recipit. Nam alia pro-*
" *portione, alia genere, alia specie, rationem com-*
" *plent communitatis.*

QVoniam animalium à pluribus sumitur distinctio, à partibus, ab affectibus, à vitæ ratione, ab ortu, à moribus, & ab actionibus; & superius partium, & affectuum meminit: (cum affectibus autem & vitam & mores, & ortum cõprehendit) actiones autem non minimum & ipsę locum habeant: idcirco hoc loco concludit, actiones etiam sumendas esse. Nam ab ijs magna partium pendet cognitio. partes enim instrumenta sunt: instrumenta autem actionum sunt causa. primum autem ostendit corpus, & corporis partes quoniam alicuius gratia sunt functionibus esse destinatas. quæ ratiocinatio talis est. Omne instrumentum alicuius est gratia; corpus, & membra sunt instrumenta: cor- *Comm.*

pus igitur, & membra ſunt alicuius gratia. id cuius gratia actio,& Anima eſt. Corpus igitur, & membra, illud eſt anima gratia, hæc actionum cauſa ſunt: & quoniã totum corpus à mẽbris conficitur, & integrum eſt, idem de toto corpore affirmari vtique poteſt: eſſe ſcilicet & illud actionum cauſa. & quidem an verum ſit omne inſtrumentum alicuius eſſe gratia dubiũ non eſt. Nam & primo libro de cœlo ait πᾶν
» οὗ ἔςιν ἔργον ἕνεκα τοῦ ἔργου. hoc eſt,omne illud,cuius opus aliquod eſt,propter opus eſt:& profectò inſtrumentũ per ſeſe non manet,neque ſe ipſo contentum eſt: eſt enim effectionis alicuius,& operis: eſt igitur ſemper alicuius gratia. Membra autem Animalium inſtrumenta eſſe perſpicuum eſt. Nam ſi in ijs eſt nutritio, accretio, tractio, excretio, eſſe oportet membra,quibus functiones hæ abſoluantur,& fiant. atque hæc cum plantis ferè communia, quæ Naturæ à medicis tribuuntur. quæ verò Animalium propria ſunt,vt ſentire,loco moueri,ea quoque ſine inſtrumentis corporis nullo modo peragi poſſunt. vt hac de cauſa corpus Animalium inſtrumentale totum ſit; & quoniam Natura nihil agit fruſtrà,nihil ſit in Animato corpore, quod propter aliquam actionẽ non ſit. Quapropter & Anima corporis inſtrumentarij definita eſt ἐντελέχεια. ſed hæc perſpicua

ſunt. illud autem, quod primo loco ponitur, exemplo declarat. nō enim ſerræ cauſa ſectionem eſſe, ſed contra ſerram propter ſectionē, opus enim, atque actionē eſſe ſectionem; propter opus autem, & actionem inſtrumentum eſſe. quocirca & corpus totum cum inſtrumētariū ſit propter aliquid ſanè eſſe, hoc eſt propter Animam. Anima enim cum ea ſit, à qua omnes actiones proficiſcũtur. totum corpus eius cauſa primum eſt: partes autem actionum gratia. porrò Animam cauſam eſſe corporis in genere finis in ſecundo de Anima declaratum eſt. hæc cū ita ſint, membraq. omnia propter actiones exiſtant, exponi ait oportere actiones omnes tùm communes, tùm eas, quæ ſingulis generibus, ſpeciebusq. habeantur. quæ autem communes ſint, quæ ve generum, aut ſpecierū propriæ, declarat. eſſe enim communes, quarum omnes Animantes ſunt participes: proprias: quæ cum in ſingulis generibus ſint, exceſſum, & defectum ſubeunt, vt quæ in Auium ſunt genere. Nam in ijs cum volatus ſit; exceſſum ille, & defectum patitur, quemadmodum etiam alæ. Nam alijs grandes ſunt, & latæ: alijs anguſtæ, & paruæ. Nam & actiones, quem admodum & membra communes eſſe tripliciter, proportione, genere, ſpecie. hoc autem & in libro Hiſtoriarum primo diſtum eſt: com-

munes actiones proportione sunt, vt spiratio, cuius proportio est in piscibus Branchiarum vsus. generis, vt Auium actiones multæ. speciei, vt hominum sermo, intelligentia, & id genus alia. declarat autem ipse quid generis, quid
,, ue speciei intelligat nomine. Nam auem in-
,, quit pro genere pono, hominem pro specie. vt mirum sit quomodo tam turpiter lapsus fuerit Leonicus in his verbis interpretãdis. nõ enim ait Aristoteles auẽ ab aue genere differre, quod falsum est: sed auem genus esse, quod & verum est & ab eo multoties declaratum. Nam quomodo quæso auis ab aue genere differt? si per
,, aquatile inquit, ac terrestre auium distermine-
,, tur genus. duæ enim amplæ capacitatis illa
,, sunt genera, quorum sanè vtrunque plures sub
,, se specierum continet differentias. atqui has diuisiones, & superiores refellit Aristoteles, & si etiam non refellisset non erat cur earum hoc etiam loco vellet meminisse. rursus quando declarando cõmunes actiones secundum spe-
,, ciem ait ἄνθρωπον δὲ κατ' εἶδος: ineptè putat ipse Aristotelem dicere hominem ab aue differre specie. primum enim quò tendit hæc differentiarum explicatio, dum actionum communitas declaratur? deinde homo ab aue non specie differt, sed genere. Nam quamuis si ad Animal referatur specie discrepet, tamen si ad

genera,

genera, quæ homines communiter inuenerũt accommodes de quibus hic agit Aristoteles: dubium nõ est, quin alterum sit auium genus, alterum hominis quodcũque sit. postremò non'ne absurdissimum est auem ab aue differre genere, ab homine autem specie? ita sanè: sed aliò properemus.

ν΄.

» Ὅσαι μὲν οὖν πράξεις ἄλλων ἕνεκα, δηλο-
» νότι καὶ ὧν αἱ πράξεις, τὸν αὐτὸν τρόπον διε-
» στᾶσιν, ὅνπερ αἱ πράξεις. ὁμοίως δὲ κἂν εἴ τινες
» πρότεραι καὶ τέλος ἑτέρων πράξεων τυγχά-
» νουσιν οὖσαι, τὸν αὐτὸν ἕξει τρόπον καὶ τῶν μο-
» ρίων ἕκαστον, ὧν αἱ πράξεις αἱ τοιαῦται. καὶ τρί-
» τον, ὧν ὄντων ἀναγκαῖον ὑπάρχειν. λέγω δὲ
» πάθη καὶ πράξεις γένεσιν, αὔξησιν, ὀχείαν, ἐγρή-
» γορσιν, ὕπνον, πορείαν, καὶ ὅποσ' ἄλλα τοιαῦτα
» τοῖς ζώοις ὑπάρχει. μόρια δὲ λέγω, ῥῖνα, ὀφθαλ-
» μὸν, καὶ τὸ σύνολον πρόσωπον, ὧν ἕκαστον, καλεῖ-
» ται μέλος. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων. καὶ
» περὶ μὲν τοῦ τρόπου τῆς μεθόδου, τοσαῦθ' ὑμῖν εἰ-
» ρήσθω. τὰς δὲ αἰτίας πειρασθῶμεν εἰπεῖν περί
» τε τῶν κοινῶν, καὶ τῶν ἰδίων, ἀρξάμενοι καθά-
» περ διωρίσαμεν, πρῶτον ἀπὸ τῶν πρώτων.

L.

» *Quorum itaque actiones rerum aliarũ gra-*
» *tia dispẽsatæ sunt, hæc etiam quorum sunt*
» *actiones modo eodem inter se differũt, quo actio-*

„ nes. item si quæ prioris sint actiones, & pro fine „ aliarum capiantur, quomodo ipsæ se habent, eo- „ dem membra etiam habent, quorũ illæ sunt actio „ nes. addo tertium, quæ cum sint, aliquid inesse ne „ cesse est. affectus, & actiones intelligi volo, or- „ tum, incrementum, coitum venereum, vigiliam, „ somnum, incessum, & quæcunque huiusmodi pos- „ sunt generi Animalium tribui. membra appello „ nasum oculum, atque etiam totam faciem, quæ „ partes quoque vocamus. pari modo de cæteris „ item intelligendum est. sed de modo viaq́. tractã „ di hactenus. Causas nunc explicare tùm commu „ nium tùm propriorum conemur, exorsi à primis, „ sicut statuimus.

Comm. TRia sunt, quæ in actionibus, propter quas membra sunt, animaduertenda proponit. primum est, quorum actiones rerum aliarum gratia dispensatæ sunt, illa etiam eodem modo inter se differre, quo actiones. cuius sententia hæc est. quòd cum actiones membrorum sint (in membris enim est facultas, à qua proficisci tur actio) necesse est eodem modo se habere membra, quo functiones sese habent. Nam si membra functionum gratia sunt, dubium non est, quin ijs conuenienter accommodentur. vt igitur actiones sunt, ita & membra. statuuntur

itaque

itaque actiones aliquæ propter aliquid esse (absurdum enim non est, quamuis propter illas alia sint, illas etiam esse propter aliud. Nam manus est illa quidem apprehensionis gratia, sed apprehẽsio, aut propter nutritionẽ est, aut propter corporis tutelam) summa autem & perfectißima actio, ad quam cæteræ referuntur, Animalis totius est seruatio. illa nutritione absoluitur. Nutritionem præcedit ciborum apprehensio, mansio, prima ventris decoctio, secunda hepatis, tertia cordis (sic enim statuamus in præsentia) hanc sequitur distributio sanguinis in venas, postquam est sanguinis sparsio, quam sequitur appositio, adglutinatio, quam *πρόσφυσιν* dicimus, & aßimilatio, quam *ὁμοίωσιν* appellamus. hæc autem nutritio est: hæ omnes actiones quoniam corporis sunt, corporis etiã instrumenta tenent, & facultates varias, quibus & peraguntur, & fiunt. hæc igitur ita sese habent, vt actiones, quibus destinata sunt. Nam vt ciborum apprehensio ad mansionem, ita manus ad dentes, & eodem modo reliqua. vt igitur differt mansio ab apprehensione, ita dentes à manibus discrepabunt: sumetur igitur membrorum differentia ab actionum discrepantia. atque hoc primum est quod monuit. alterum autẽ pænè idem. illud est: si quæ actiones sint, quæ aliarum sunt fines, partes etiam ipsarum,

aliarum

aliarum partium, quibus actiones superiores peraguntur finem esse,& id,cuius gratia: exemplum erit facillimum ex ijs, quæ de nutritione diximus,& ex ijs partibus, quæ ad principaliores actiones vsum præstant. tertium ὧν ὄντων
„ ἀναγκαῖον ὑπάρχειν hoc est quibus existentibus necesse est esse. possumus autem aut actionibus, aut membris existentibus opus aliquod fore intelligere. sed satius, existentibus actionibus opus existere. Nam post nutritionem est nutritum corpus. motionem enim omnem, & actum terminat confectum opus. Nõ enim satis video, quid sibi velit Ephesij declaratio: quo modo res se habent, eo etiã actiones se habere:& quomodo actiones: etiam eo modo res. Nam si res pro membris accipit declaratũ hoc superius est. si pro operibus, declarãdum erat. sed neque ita Aristotelis verbis respondet. His ita positis explicat quæ nam illa sint, quæ actiones,& affectiones appellat. has enim esse, ortum incrementum, coitum venereum, vigiliam, somnum,& id genus. hæc autem partim affectiones sunt, partim etiã actiones: imò eadem & affectiones, & actiones esse absurdũ non est. ortus enim actio est caloris natiui in semine, sed Animalis est perpesio: incrementum est actio, eadem etiam perpesio. πράξεις aut hoc in loco latè loco τῶν ἐνεργειῶν sumuntur

tur

tur. post affectus autem & actiones explicatas, partes etiam explanat quæ sint, vt nasum oculum, & totam faciem. hæc instrumentalia sunt mẽbra, quæ propter actiones, & vsus sunt: græcè μέλη, vt etiam in primo de Historia declarauit. porrò quod Aristoteles enumerat actiones, affectus, & partes eò pertinet, quòd Animaliũ cognitio siue illa historica sit, siue etiam cum causarum redditione, ex his habetur. Nam & in libris de Historia, & in alijs etiam libris, in quibus αἰτιολογικῶς Animalium scientiã pertractat, hæc persequitur. Theophrastus etiam summus & ipse & diuinus auctor librorum de stirpibus initio differentias stirpium, & totam naturam sumpturum se pollicetur ex partibus, affectibus, ortu, & vita. esse enim stirpes, moribus, & actionibus priuatas, cum hæc Animalia sibi vendicent. ex quibus intelligitur additis moribus, & actionibus totam Animalium naturã ab his cognosci sine dubio redditis omnium causis conuenienter. illud etiam adnotãdum est, hos libros, qui de Animalium partibus inscribuntur omnium librorum primos esse, in quibus cum causarum redditione hæc omnia explicantur: à quibus cognitionem animalium sumi diximus. sed hæc demonstrauimus aliàs. finem autem ponens Aristoteles huic volumini, in quo eruditi munus absoluit viã, & rationẽ decla-

declarando, qua animalium ſcientia pertractatum, de mõ inquit & via tractandi, aut vt græcè ait περὶ μὲν τοῦ τρόπου τῆς μεθόδου & de mõ ſanè Methodi. Modus autem Methodi eſt eruditio, de qua hactenus diſputauit. deinde cauſas ſe explicaturum pollicetur, tùm communium partium, affectuum, & actionum: tùm etiá priuatarum, & peculiarium, à primis ſumpto initio. & ſanè hæc eſt eius conſuetudo à primis, & vniuerſalibus initium ſumere. Cauſam aperuit ipſe in hoc libro. conſuetudinem norunt omnes, qui in eius libris verſati ſunt.

VERBORVM ET RERVM
Insigniorum index.
A

H

Libros

Res

T

V

INDEX FINIS.

ERRATA SIC REPONITO.

Pagina 4. versi. 1. censent. 4. 3. affectæ. 5. 2. παιδείαν. ibid. 14. εἰδῆ. ibid. 15. ἢ ψυχῆς. ibid. 26. deprehendantur. 8. 10. docendi. ibid. 15. βιβλία. 9. 15. αἰτιολογικῶς. 11. 28. αὐξιτικὸν. 12. 21. αὐξιτικὸν. ibid. 22. ὁτιοιω. ibid. 23. παραπλησίως. 14. 10. φύσις. 15. 14. περιέχουσι. 20. 10. ponit. 23. 3. ad animam. 39. 1. clausa. 43. 5. examine. 47. 18. æquè. 56. 28. à preceptoribus. 84. 28. positos. 99. 13. hoc. ibid. 17. sit. 104. 23. motus &. ibid. 24. pduci. 105. αὐτομάτως. ibid. 10. τεχναςῶν. ibid. 11. ταυτομάτου. 118. 1. effectos. 124. in marg. σκέπαρνον. 134. Animæ. 143. 15. immortalitate. 149. 24. sexto. 170. 10. astronomiæ. 210. 3. partiemur. 211. 5. in pedatum. 212. ὄντος. ibid. 13. καθόλου. 217. 20. videnda. 220. ineptissimam. 219. 26. atqui. 222. 13. cum alias. 234. 6. diuidendum. ibid. 11. aliæ. ibidem. 21. &. 240. 16. &. 287. 16. vim. 289. 14. esse. 292. 28. conferas. 304. 21. squamam. 316. 2. pertractatur.

Series Cartarum.

a A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X.

Omnes quaterniones.

VENETIIS,

Apud Io. Baptistam Somascum.

M. D. L X X I I I I.